HIPPONACTIS ET ANANII
JAMBOGRAPHORVM
FRAGMENTA

QVIBVS
COLLECTIS ET RECENSITIS

ORATIONEM ADITIALEM

DIE XXV. MENSIS JANVARII

RECITANDAM



INDICIT



THEOPHILVS FRIDERICVS WELCKERVS,
PHILOSOPHIAE DOCTOR, IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA
PROF. ORD.

GOTTINGAE,
TYPIS J. C. BAIERI, TYPOGR. ACAD.
MDCCCXVII.

Ἀνάγκη μοι, κατὰ τὸν παλαιὸν λόγον, τὸ παρὸν εὖ ποιεῖν, καὶ ταῦτα δέχεσθαι τὰ διδόμενα.

Plato in Gorgia.

HIPPONAX EPHESIUS.

Suidas. T. II. p. 147. Ἱππῶναξ 1), πατρὸς Πύθεω καὶ μητρὸς Πρωτίδος, Ἐφέσιος 2), Ἰαμβογράφος 3), ᾤκησε δὲ Κλαζομενὰς 4) ὑπὸ τῶν τυράννων Ἀθηναγόρα καὶ Κωμᾶ ἐξελαθείς. 5) γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο. 6) οὗτος 7) πρῶτος ἔγραψε παρῳδίαν 8), καὶ χωλίαμβον 9), καὶ ἄλλα 10).

Eudocia p. 248. excerpta ex his posuit: Ἱππῶναξ Ἐφέσιος Ἰαμβογράφος. γράφει δὲ πρὸς Βούπαλον καὶ Ἄθηνιν ἀγαλματοποιούς, ὅτι αὐτοῦ εἰκόνας πρὸς ὕβριν εἰργάσαντο.

Notae.

1) *Etymologus* et *Beckerus* in *Anecd. Graecis* constanter scribunt Ἱππῶναξ· sic aliquoties etiam Schweighaeuserianus *Athenaei Cod. A.*, *Gregor Cor.* p. 629., *Galenus* in *Gloss.* p. 430. Franz. et quidam alii; minus bene, quia posterior syllaba in ἄναξ ᾱ habet breve. Mendo-

sius vero est, quod passim exaratum invenitur in libris et editionibus veteribus, (et constanter quidem in Cod. Hesychii Ven. a Schowio collato) Ἱππῶναξ. Alium Hipponactem, Grammaticum, cuius laudantur *Synonyma*, *Athen.* XI. p. 480. F. distinxit quidem a Nostro *F. A. Fabricius*, veruntamen non recepit in Catalogum Grammaticorum, *Bibl. Gr.* Vol. VI. Ed. Harles. Ad hunc refero *Etymologi* locum V. Ὁδός. — Λαύρην δὲ Φιλόξενος τὴν ῥύμην φησί. καὶ τινὲς μὲν ὁδὸν ἀπέδωκαν, τινὲς δὲ τὸν κοπρῶνα, ὡς Ἱππῶναξ. Iterum comparet apud *Tzetz.* in *Lycophr.* 1170. et *Hesychium*, quorum loca, quia editores de poeta sermonem esse non dubitasse videntur, transcribam. Sic igitur Tzetzes: Ὁ Ἱππῶναξ Κύβηλιν τὴν Ῥέαν λέγει παρὰ τὸ ἐν Κυβέλλᾳ, πόλει Φρυγίας, τιμᾶσθαι· οὗτος δὲ (Lycophron) τὸν πέλεκυν. Cf. Mueller. Hesychius autem: Κυβήκη· Ἡ μήτηρ τῶν θεῶν. καὶ ἡ Ἀφροδίτη. καὶ ὑποδήματα, παρ' Ἀρκάσιν. ἢ καὶ Φρυγῶν. παρ' ὃ καὶ Ἱππῶναξ φησὶ καὶ Διόσκουρος. Nimis corrupta haec sunt, quam quae certo restitui possint. Κυβήβη vel Κυβέλη emendant viri docti, sed vereor ut recte, quia ter eadem scriptura repetitur. Euripidem inter primos esse, qui Cybeles mentionem faciant, observavit *G. Zoega*, in *Anaglyph.* Tab. XIII. not. 16. Grammaticum Hipponactem et alibi citatum videre memini, sed tum aliud agens non notavi. Tertius Hipponax fuit medicus, quem, quum bis citetur a *Plutarcho De plac. philos.* V, 7. cap. 5. vero Hippo memoretur, quia Hipponax medicus a nemine usquam memoratus inveniatur, in Hipponem, cuius nempe nomi-

nis medicus aliunde, quantum scio, haud magis notus est, mutare voluerunt *Beckius* et *Wyttenbachius*. Equidem utrobique malim legere Ἱππώναξ, quia a *Iulio Poll.* IV, 189 una cum Hippocrate Hipponactem quendam laudatum video, quem medicum esse contextus evincit. Denique *Suidas* T. I. p. 859. de Hermia, Eunucho, praefecto Atarnae, Aristotelis discipulo, agens, versum affert, ἐν τοῖς τοῦ Ἱππώνακτος στίχοις ἰαμβικοῖς exstantem:

Εὐνοῦχος ὢν καὶ δοῦλος ἦρχεν Ἑρμίας.

Hic nec de iuniore Hipponacte, nec de nominis corruptione cogito, sed errorem inde ortum reor, quod Epigramma istud, (cum quo aliud, Theocriti Chii, in eundem Hermiam, Anal. T. I. p. 184. conferri potest.), et metro Hipponacteo scriptum est, (penultima enim nominis longa, Ἑρμείας) et sensu Iambographum acerbum refert. Suidae locum describens ad *Diog. Laert.* V, 3. *Menagius* scriptorum loca Hermiam et Hipponactem memorantium plurifariam confudit.

2) *Strab.* XIV. p. 642. Καὶ Ἱππώναξ δ' ἐστὶν ὁ ποιητὴς ἐξ Ἐφέσου. Idem testantur *Clem. Alex. Strom.* I. p. 308. D. et *Procl.* in *Chrestom. Solinus* XL, 16: *Ingenia Asiatica inclyta per gentes fuere. Poetae Anacreon, inde Mimnermus et Antimachus, deinde Hipponax, deinde Alcaeus, inter quos etiam Sappho mulier.* Ionicae dialecti scriptoribus annumeratur a Grammat. Leidens. ad calcem *Gregor. Cor.* p. 629.

3) De iambicae poeseos Graecae ingenio et natura, pro meo colligendorum iambicorum, ut et lyricorum, fragmentorum omnium in unum corpus instituto, in Diatribe iisdem praemissa agam, ibique loca quaedam scriptorum hic praetermissa evolventur, unde quanta Hipponactis fuerit apud veteres in eo genere auctoritas, elucet. Nunc tantum, quid a ceteris illum distinxerit, e veterum testimoniis breviter indicabo. Atque hoc fuisse animum magis quam reliquorum acerbum et virulentum, versum magis satyricum et procacem, locutiones magis ludibriosas et immoderatas, consentiens multorum fama dubitare nos non sinit. Sic notum est *Ciceronis* (*Ep. ad Fam.* VII, 24.) *Hipponacteum praeconium*. *Eustath.* in *Od.* XI. p. 1684, 51: Ὅτι δὲ σκωπτόλης τὰ πρῶτα ὁ ἴαμβος, δηλοῖ καὶ ὁ πικρὸς Ἱππῶναξ, χωλιαμβοποιῶν ἀκράχολα. Et saepius ab eodem vocatur πικρὸς χωλιαμβοποιῶν. Quantum valuerint iambi eius, ipse innuit Fr. LIX. Parentibus ipsis non pepercisse fertur, nisi tamen hoc commentum sit poetarum summum in quoque argumento omnibusque numeris absolutum repraesentare, et morum praesertim animorumque diversitatem perfectis quibusdam exemplaribus et veluti archetypis pingere amantium. Irritabilem et severum iambographi animum ingeniose adumbrat Epigramma *Leonidae Tarentini*, duobus post Hipponactem seculis clari, quo viatores monet, ut Hipponactis tumulum praetereuntes ab eius bile et furore sibi caveant. *Cod. Palat.* p. 267. (*Anal.* T. I. p. 246.)

Ἄτρεμα τὸν τύμβον παραμείβετε, μὴ τὸν ἐν ὕπνῳ
  πικρὸν ἐγείρητε σφῆκ' ἀναπαυόμενον.
ἄρτι γὰρ Ἱππώνακτος ὁ καὶ τοκέων καταβαΰξας,
  ἄρτι κεκοίμηται θυμὸς ἐν ἡσυχίῃ.
ἀλλὰ προμηθήσασθε· τὰ γὰρ πεπυρωμένα κείνου
  ῥήματα πημαίνειν οἶδε καὶ εἰν Ἀΐδῃ.

Schol. pro τοκέων legit τεκέων, quod **Brunckius** in Cod. etiam Palatino inesse credidit, apographo Gothano contradicente. Leonidae Epigramma, quod ἐπιδεικτικόν esse, ut eiusdem plurima, vix est quod moneam, *Alcaeus Messenius*, circa sesquiseculo illo posterior, tertio sui in Hipponactem Epigrammatis disticho imitari mihi videtur; duobus autem prioribus spinas et carduos in illius, ut duo alii Epigrammatistae in Timonis tumulo, nasci dicit, ad asperos, ut Iacobsius ait, illius hominis mores genusque scribendi fellis plenum respiciens, quum in Sophoclis tumulo contra vitis ut nascatur optet Simmias Thebanus. — *Cod. Palat.* p. 291 s. (*Anal.* T. I. p. 490.)

Οὐδὲ θανὼν ὁ πρέσβυς ἑῷ ἐπιτέτροφε τύμβῳ
  βότρυν ἀπ' οἰνάνθης ἥμερον, ἀλλὰ βάτον,
καὶ πνιγόεσσαν ἄχερδον, ἀποστύφουσαν ὁδιτῶν
  χείλεα καὶ δίψει καρφαλέον φάρυγα.
ἀλλά τις Ἱππώνακτος ἐπὴν παρὰ σῆμα νέηται,
  εὐχέσθω κνώσσειν εὐμενέοντα νέκυν.

Haud ambigua imitatione Leonidam expressit *Philippus*, qui seculo primo exeunte Anthologiam suam condidit. *Cod. Palat.* p. 267. (*Anal.* T. II p. 235.)

Ὦ ξεῖνε, φεῦγε τὸν χαλαζεπῆ τάφον,
τὸν φρικτὸν, Ἱππώνακτος, οὗ τε χἀ τέφρα
ἰαμβιάζει Βουπάλειον ἐς στύγος,
μή πως ἐγείρῃς σφῆκα τὸν κοιμώμενον,
ὃς οὐδ' ἐν Ἅιδῃ νῦν κεκοίμικεν χόλον,
σκάζουσι μέτροις ὀρθὰ τοξεύσας ἔπη.

Cf. etiam Gaetulici Ep. VI, in Archilochum Vs. 5 sq. *Cod. Palat.* p. 218. — Postremo *Theocriti* quoque Epigramma exstat in Hipponactem, *Cod. Palat.* p. 608. (*Anal.* T. I. p. 382.) contra opinionem vulgi, quae satyrarum scriptoribus admodum iniqua esse solet,

Quum sibi quisque timet, quamquam est intactus, et odit — et a stultitiae derisu vitiorumque castigatione animum iniuriandi ac laedendi cupidum secernere nescit, et contra ipsum Leonidae, ut videtur, dicterium eum defendens.

Ὁ μουσοποιὸς *) ἐνθάδ' Ἱππῶναξ κεῖται.
εἰ μὲν πονηρός, μὴ ποτέρχευ τῷ τύμβῳ·
εἰ δ' ἐσσὶ κρήγυός τε καὶ παρὰ χρηστῶν,
θαρσέων καθίζευ, κἢν θέλῃς, ἀπέβριξον.

---

*) Ἀλλὰ καὶ ἐν Δελφοῖς ὁ προφήτης μέλλων κλείειν τὸν νέον (l. ναὸν) κηρύσσει καθ' ἡμέραν· Πίνδαρος ὁ μουσοποιὸς παρίτω. *Vita Pind.* in Cod. Vratisl. ante Theriacorum edit. Schneid. vulgata. Pindarus a Dione etiam, ut Sappho ab Herodoto, quos laudavit Iacobsius, vocatur *μουσοποιός*.

His verbis nihil vel honorificentius Hipponacti, vel benevolentius dici poterat; eaque magni apud me sunt ponderis, et ob auctoris gravitatem, et quod sciam, quantum homines, modo quantulacunque adsit ratio, magis sint propensi ad suffragandum vituperantibus et criminantibus, quam ad explorandum, quibus argumentis fundatum sit eorum iudicium, et ad excusandos viros quacunque de caussa diffamatos. Longe vero paucissimis in mentem venire solet unquam, quod Grammatici veteris (ad *Soph. Aiac.* 814.) verbis efferam: Εἰκῆ — *κατηγορεῖν ἀνδρὸς παλαιοῦ οὐχ' ὅσιον.* Quod tyrannis displicuit Hipponax, quippe a quibus Epheso exactus est, nescio an in laude ponendum sit, indeque colligendum, eum eodem, quo Archilochus, Alcaeus, Theognis ferebantur in tyrannidem et iniustitiam, nobili odio flagrasse, fortiterque potius certasse, quam proterve et arroganter lacessivisse, quo in privatas easque minus periculosas incurrisset inimicitias. Hinc apparet, quomodo accipiendas existimem quasdam, serioris praesertim aetatis, sententias obiter proiectas, Archilochum iunctim et Hipponactem perstringentes. In describendis Ioniae luxuria et voluptatibus, quae quales quantaeque iam tum temporis fuerint, plura indicio sunt in his ipsis fragmentis, minime quidem abstinuit dictionibus impuris et impudicis, atque suae poeseos natura ferebat, ut vulgaria saepe tangeret; sed si plurima consideremus, de humilibus rebus non humiliter, sed exquisito cultoque stylo eum loquutum esse, fatebimur,

neque de dictionibus aliquot abreptis et e nexu disiunctis rigidius quam par est feremus iudicium. Nec *Demetrium* cap. 132: *Εἰσὶ δὲ αἱ μὲν ἐν τοῖς πράγμασι χάριτες, οἷον νυμφαῖοι κῆποι, ὑμέναιοι, ἔρωτες, ὅλη ἡ Σαπφοῦς ποίησις· τὰ γὰρ τοιαῦτα, κἂν ὑπὸ Ἱππώνακτος λέγηται, χαρίεντά ἐστι, καὶ αὐτὸ ἱλαρὸν τὸ πρᾶγμα ἐξ ἑαυτοῦ*, de styli magis ruditate quam de argumenti vilitate et obscoenitate intelligi velim. Dignum est notatu, quod *Eustathius* ait in *Il.* IV p. 464, 8: (hunc enim locum praeoccupare nunc libet) *Καὶ τοὺς ἥρωας ἀφ᾽ ὧν ἂν ἔχοιεν ἀγαθῶν χαρακτηρίζει* (Homerus), *ἐπικρύπτων εἴ τι που καὶ φαῦλον ἔχουσι, καὶ οὐ βλασφημῶν εἰς οὐδέν, δέον* (lege *οὐδένα θεόν*) *κατὰ τὸν ἐπίτριπτον Ἀρχίλοχον ἢ τὸν ἀργαλέον Ἱππώνακτα, ἢ εἴτις ἄλλος ἐπεσβόλος ἦν κατ᾽ αὐτούς.* Igitur in derisione etiam deorum ex jambicorum consuetudine pependerunt Comici veteres.

4) Vid. Fr. VI. Hinc *Clazomenius* vocatur a *Sulpitia* Vs. 6.

Quare nec carmine curro Phalaeco
Nec trimetro jambo, nec qui pede fractus eodem
Fortiter irasci discit duce Clazomenio.

Sic teste *Strabone* XIV. p 655. Dionysius Thrax et Apollonius Argonauticorum conditor, qui Alexandrini fuerunt, nominati sunt Rhodii, et Aristarchus apud *Suidam* *θέσει* Alexandrinus, *φύσει* Samothrax; Alcaeus Comicus apud eundem *Μιτυληναῖος, εἶτα Ἀθηναῖος.* Nescio an ex

Nostro derivatum sit schema Κλαζωμένιον apud *Lesbonactem* p. 180, quo σύν pro εἰς usurpabatur.

5) Aetas Hipponactis satis certa. *Marm. Arund.* Ep. 43. l. 57. Ἀφ' οὗ Κῦρος ὁ Περσῶν βασιλεὺς Σάρδεις ἔλαβε καὶ Κροῖσον ὑπὸ [Πυθί]ης σφαλ[λόμενον ἐζώγρησεν, ἔτη ΗΗ[Δ]ΔΔΔΠ (CCLXXXV) ἄρχοντος Ἀθηνῆσιν Ἐρξικλείδου. ἦν δὲ] καὶ Ἱππῶναξ κατὰ τοῦτον ὁ ἰαμβοποιός, i. e. ante Christum 559. *Procl. Chrestom.* p. 342. Sylb. (p. 7. Schott. 522. Wech.) Ὁ δ' Ἱππῶναξ κατὰ Δαρεῖον ἤκμαζε, hoc est, ut ait *Harduinus* ad *Plin. H.* N. XXXVI. 5 (4, 2.) Olympiade LXVIII. (Imperare coepit filius Hystaspis Ol. LXIV.) *Plinius* l. modo c. *Cum ii essent*, (Dipoenus et Scyllis Ol. L.) *iam fuerant in Chio insula Malas sculptor, dein filius eius Micciades, ac deinde nepos Anthermus Chius, cuius filii Bupalus et Anthermus clarissimi in ea scientia fuere, Hipponactis poetae aetate, quem certum est LX Olympiade vixisse* (i. e. 537.) *Quod si quis horum familiam ad proavum usque retro aget, inveniet artis eius originem cum Olympiadum origine coepisse* *). Frustra est *Schurzfleischius* in *Notit. Bibl. Vinar.* p. 238, eo quod Hipponax Biantis mentionem faciat (Fr. XXXII),

*) *Heynius* in Notis ad Winckelm. H. A. in *Soc. Gotting. script. vernac.* T. I. p. 222. ultima in dubium vocat, tres tantum computans hominum aetates, quae a Mala inde usque ad Bupalum sunt quatuor.

multo iuniorem eum fuisse putans, et vixisse post Ol. XLIX, 2. Quasi isto demum anno inclarescere coeperit Bias, nec septem sapientes eiusdem Croesi aetate floruissent. Sic Solonem, Suida teste, quidam ad Ol. XLVII, alii vero ad Ol. LVI posuerunt. — Alii contra Hipponacti aetatem nimis remotam assignaverunt, contra quos monuit iam *Plutarch de Mus.* p. 1133 C. (Cap. 6.) Ἔνιοι δὲ πλανώμενοι νομίζουσι, κατὰ τὸν χρόνον Τερπάνδρου Ἱππώνακτα γεγονέναι· φαίνεται δὲ Ἱππώνακτος καὶ Περίκλειτος (κιθαρῳδὸς) ὢν πρεσβύτερος. Falsam horum opinionem secutus erat et *Eusebius*, cuius interpres *Hieronymus* ad Ol. XXIII. Nr. MCCCIX scribit: *Hipponax notissimus redditur* *). Graeca enim desunt. Scaliger Eusebium putat Tatianum sequi. At is de Archilocho tantum loquitur. Fallor autem, aut id ipsum, quod Hipponax saepissime cum Archilocho iungitur, errori, quo ille quoque ad Ol. XXIII. reiiciebatur, occasionem dedit. In Scaligeriana farragine, quae ἱστοριῶν συναγωγή inscripta

---

*) "In *Chronico Eusebio-Hieron.* Col. 430. Opp. Hieron. T. VIII. Ed. Vallars. adseritur ille Ol. XXIII. et dicitur *philosophus notissimus*, quod quidem repugnat aliorum testimoniis. Hinc *Schurzfl.* (l. c.) coniicit, quod libri scripti habeant *phs*, in autographis exaratum fuisse *ephus* vel εφς h. e. *Ephesius.* (In Ed. Scalig. de hoc *phs* altum silentium.) Quando vero Schurzfl. p. 257 in Chron. Euseb. Nr. 1477. Ol. LX, 2. loco *Ilybicus carminum scriptor* substituere iubet Hipponactis nomen, eius coniecturam reiicit *Burmannus* II. in Add. ad *Vales. Emend.* p. 232. probata Salmasii aliorumque emendationem *Ibycus*". HARLES.

est, ad Ol. LX. ponitur Hipponax. Pariter Plinio accedunt *G. I. Vossius*, *Lil. Gyraldus*, *Burettius* in Notis ad *Plut. L. de Mus. Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. X. p. 277. *Baylius*, *Prideav.* ad *Marm. Ox.* p. 209. 254. — Quod Diphilus Comicus ἐν Σαπφοῖ Hipponactem tanquam poetriae amatorem inducit, de eo in Vita Sapphonis disputabitur.

6) *Lil. Gyraldus* Op. T. II. p. 485. hic vidit Hipponactem et ipsum pictura valentem eiusque imagines a Bupalo et Athenide delusas. — Bupalum solum nominant et Fragmenta, (I. IV. V. VI. LVIII. CVII.) et plerique alii, ut *Horat. Epod.* VI, 11.

Cave, cave: namque in malos asperrimus
Parata tollo cornua;
Qualis Lycambae spretus infido gener,
Aut acer hostis Bupalo.

Sic etiam *Lucian. Pseudol.* 2. Epigr. *Philippi* supra insertum, et *Callimachus* apud *Iulian. Epist.* 30. (ad Alypium fratrem:) Ἡδέως ἐδεξάμην τὸ παρά σου πινάκιον ἀποσταλέν. ἔχει γὰρ καὶ τὰ διαγράμματα τῶν πρόσθεν βελτίον· καὶ κατεμούσωσας αὐτὸ προσθεὶς τοὺς ἰάμβους

— οὐ μάχην ἀείδοντας
τὴν Βουπάλειον,

κατὰ τὸν Κυρηναῖον ποιητήν, ἀλλ' οἵους ἡ καλὴ Σαπφὼ βούλεται τοῖς νόμοις ἁρμόττειν. Iunctim cum fratre memorant

Bupalum, praeter Suidam et Plinium, *Aristoph. Schol. Av.* 575 (ubi *Iunius* in *Catalogo* bene legi iubet: Ἀνθέρμον γάρ φησι, τὸν Βουπάλου καὶ Ἀθήνιδος πατέρα.) Plinii libri omnes, teste Harduino, tum manu exarati, tum editi, a vetustissimis ad recentissimos, habent *Anthermus*; quibus tutius credi observat, quam Suidae, pro Anthermo danti *Athenidem*. Mirus igitur error est Baylii Not. C. scribentis, (quod et sub V. *Anthermus* repetitum est) Harduinum nomen Athenidis ex Suida contra librorum auctoritatem in textum recepisse. In Bipontina quidem legitur *Athenis;* apud Fabricium et nonnullos alios *Anthemus*. *Politianus* in *Nutricia*, (laudatus ab *H. Iunio*, *Animadv.* I, 6:)

Nec ferus Hipponax, atro qui felle cruentus
Bupalum et stratum morsu laniavit Athenin.

De Bupali, summi artificis, operibus v. *Pausan.* IV, 30. IX, 35. *Plin.* l. c. — *C. Fea* in *Winckelmanni H. A. Italice versa* Lib. IX c. I, 4 (T. II. p. 167) de duabus statuarum inscriptionibus disserit eius nomine insignibus, quarum altera expressa est in *Mus. Pioclem.* T. I tab. 10. *Mus. Napol.* T. I tab. 58. cf. *Scultur. della Villa Pincian. Stanz.* II tab. 4.

Iam quomodo lacessitus fuerit Iambographus a Bupalo, duplex fama est. *Acronis* ad *Horatii* l. c. haec sunt verba: *Hipponactem significat, qui Bupali filiam nuptum petiit, et pro deformitate est contemptus.* *Illud*

tamen verius volunt, Bupalum fuisse pictorem (pictorem fuisse Bupalum Acroni fabulanti crediderunt plures viri docti, ut *Solanus* ad Lucian. l. c. Lexicorum historicorum in hac re errores notavit *Baylius* V. Bupalus.) *apud Clazomenam, civitatem Asiae. Hic Hipponactem quendam, poetam deformem pro risu pinxit: quo ille furore commotus, tali eum carmine perculit, ut se laqueo suspenderet.* — Ad priorem narratiunculam, quae ab Archilocho in Hipponactem translata videtur, *Iunius* in *Catalogo* p. 40, sine idonea ratione, pertinere suspicabatur, quod *Ptolem. Heph.* L. IV de Stesichoro et Helena Himerensi narrat, Bupalum quendam illi praeferente. Alterius majus est pondus. *Plinius* enim l. c. ita pergit: *Hipponacti notabilis foeditas vultus erat: quamobrem imaginem eius lascivia iocorum ii proposuere ridentium circulis. Quod Hipponax indignatus, amaritudinem carminum distrinxit in tantum, ut credatur aliquibus ad laqueum eos compulisse: quod falsum est. Complura enim in finitimis insulis simulacra postea fecere sicut in Delo, quibus subiecerunt carmen, non vitibus tantum censeri Chium, sed et operibus Anthermi filiorum.* Scriptorem diligentem et copiosum excerpsisse videtur; et quod Hipponactem adversarios suos ad laqueum compulisse negat, ita est comparatum, ut si de hac re, praesertim quum nullus alius testis adsit, amplius disceptare vellemus, certos omnino quaestionum historicarum esse fines et regulas, negandum, lusibusque talia ac nugis aequiparanda forent. Quare non ambigue de hac re loqui debuerat

Baylius, (*Il ne seroit ni le premier, ni le seul, qui auroit fait mourir les gens par des invectives,*) neque hoc quidem loco (Not. F.) vim exemplorum afferre hominum simplici vituperatione vel satyris et libellis famosis ad mortem sibi consciscendam adactorum vel moerore confectorum. (cf. V. *Cerasis* et *Hochstrat* Not. F.) Quae de poetarum Graecorum vita fatisque narrantur adeo scatent poeticis commentis, (quod data opera alibi persequemur) ut non sufficiat demonstrasse, potuisse aliquid fieri et diversis saepe temporibus factum esse, sed ut aliunde saepe petenda sint veritatis confirmatio et probabilitatis argumenta. Nata autem est forsan, ut illuc revertamur, haec etiam fabula de Bupali morte Hipponactis iambis effecta ex imitatione Lycambeae historiae. Ineptissime quidam (apud *Tanaq. Fabr.* et *Dacier. Remarq. sur Hor.* T. V p. 151) fratres sculptores non interfecisse quidem sese, sed ex Epheso, quo nimirum reversum Hipponactem et tunc temporis vixisse hariolantur, ut iambos effugerent, exulasse, e Plinii verbis extorquent. At Fr. VI docere videtur, Bupalum mortem sibi adscivisse. Audio. Sed vel serius factum esse, idque ipsum, quum poeta proterviter exsultasset, ansam dedisse potest ad suspicionem commovendam, quasi inimicitia eorum et rixa caussa fuerit voluntariae mortis; vel, quod multo probabilius est, ficta erat res a risore per ludum ac iocum. Res ipsa, quod homo, qui id sibi sumeret, ut aliorum vitia insectaretur, et dum alios in risum verteret, oblivisci videretur, quae in ipso es-

sent ridicula, sculptoris ingenium ad risum in eum, unde esset profectus, retorquendum excitaret, ut maxime habet speciem veri. Hipponacti autem exile fuisse corpus ex χρῆσι *Metrodori Scepsii* in libro secundo de Aliptica discimus, apud *Athenaeum* XII p. 522 C. qui *Hipponactem poetam non pusillo modo corpore, sed et gracili* fuisse narrat, *at tam validis lacertis, ut praeter alia, vacuam olei ampullam* (coriaceam sc.) *ad longissimmum intervallum projiceret; quum levia corpora, quoniam minus facile aërem findunt, non violento impetu ferantur.* Totam Athenaei de macilentis hominibus narrationem compilavit *Aelian. V. H.* X, 6. *Λέγουσι δὲ καὶ Ἱππώνακτα τὸν ποιητὴν οὐ μόνον γενέσθαι μικρὸν τὸ σῶμα καὶ αἰσχρον, ἀλλὰ καὶ λεπτόν.* Quae ad Hipponactem pertinent, exscripsit *Eustath.* ad *Il.* XXIII p. 1332, 53. *)

*) Nota est gemma, nescio in quo nunc adservata cimeliarchio, cujus apud me est ectypum, cum imagine viri deformitate insignis, adspectu maligno, mordaci et aspero, et ore summopere distorto, plane ut Bupalum Hipponactem finxisse opinari possumus. Sed aliis, ni fallor, omnibus argumentis destituta est antiquariorum Italorum sententia. qui huic protomae Hipponactis nomen indunt. Quantum turpis species valeat ad animum exacerbandum et suspicionibus ac virulentia implendum, a multis saepe monitum est. Sed hic quidem huic observationi vix locus esse poterit, quia quod de vultus turpitudine narrant (nam de corporis exiguitate et gracilitate non dubitandum) ficta fabula esse potest, ex sola Bupali statua pendens. Ceterum monito isti aliud opponi posset haud minus obvium. "Deformes, inquit *Baco*, (*Sermon.* XLII) si animosi sint, a derisu

Quamvis vero sola Hipponactis vel deformitas vel dicacitas amarulenta Bupalum ad eum irridendum provocasse possit, suspicari tamen licet, poetam, quem severam crisin exercere videmus in pictorem Fr. VII, Bupali etiam quaedam forsan improbasse bilemque eius movisse. Sed satis iam coniecturarum. Ceterum bene monuit doctissimus *Boettigerus*, (*Die Furienmaske* p. 63.) morem in deterius pingendi homines haud minus vetustae originis esse quam comoediae licentia, etsi illius exemplum nostro hoc vetustius non inveniamus memoratum. Late sese propagasse, videtur haec artificum licentia, quum Thebani, teste *Aeliano V. H.* IV, 4 *τοῖς εἰς τὸ χεῖρον ποτε ἢ πλάσασιν ἢ γράψασι* mulctam pecuniariam irrogaverint.

7) Sequentia a sede sua mota et cum articulo contiguo de Hipy Rhegino, historico, agente in libris et editionibus iuncta Kusterus huc reducenda esse verissime monuit.

---

et ignominia liberare se gnaviter contendent: quod fieri non potest, nisi aut per virtutem aut per malitiam. Itaque nil mirum cuiquam videatur, si quandoque in viros egregios evadant." Quod autem supra in Plinii verbis acquiescendum diximus, hic diserta ejusdem verba in dubium vocamus, ignoscent, qui quid intersit inter utrumque locum, et praesertim, quam saepe in exponendis, approbandis et exornandis narrationibus in figmenta delabi soleant homines quoad nuda facta fide dignissimi, secum reputaverint.

8) Parodiarum inventorem fuisse Hipponactem, testatur *Polemo*, V. Fr. LVI. Quod quatenus vere dici possit, bene exposuit *G. H. Moserus* in disputatione *De parodica Graecorum poesi*, inserta ea volumini sexto Studiorum (*Studien herausg. von C. Daub und F. Creuzer*) p 267-330, ubi ab Homero incipiens παρῳδήσεως vestigia et exempla in variis Graecae poeseos monumentis obvia indicat, de parodiarum proprie sic dictarum scriptoribus agit, omissis tamen praecipuorum quibusdam, atque Graecas parodias ingenii memoriaeque ac hilaritatis lusus esse docet, minimeque animum prodere ad lasciviam proclivem, nec libidinem irridendi ac contemnendi Homeri, ad quem maxima earum pars se refert. Neminem igitur in errorem inducet *Suidas*, qui παρῳδήσεως notionem arctis Comicorum in tragoediae sententias parodiarum limitibus circumscribit, eo iam ab *H. Stephano* in praefatione *Parodiarum moral.* notatus. Ante Stephanum ad parodias animadverterat *P. Leopard. Emend.* VI, 12.

9) Alii Hipponactem, alii Ananium inventorem ferebant huius versus, quem *Ovid. Remed. am.* 377 *extremum* ait *trahere pedem*, vid. Fr. XXXIII et *Tricha de metris* p. 9, ubi anilis de hac inventione legitur fabula, memorata ea quidem et *Scholiastae Hephaest.* p. 31 (158 Gaisford.) ubi ex Tricha ἀνατρέψεις emendandum est. Numerosiora tamen suffragia habet Hipponax. Ἱππώναχ-

τὸ μέτρον, in obscuro Rhintonis fragmento, apud *Hephaest.* p. 4. (10 Gaisford.) et *Herodian. MS.* cit. a *Valcken.* ad *Eurip. Ohoen.* 1503. *Clem. Alex. Str.* I. p. 308 D. Ναὶ μὴν ἴαμβον μὲν ἐπενόησεν Ἀρχίλοχος ὁ Πάριος· χωλὸν δὲ ἴαμβον Ἱππώναξ ὁ Ἐφέσιος. *Cicero Orat. ad Brut.* 56. *Senarios vero et Hipponacteos effugere vix possumus. Magnam enim partem ex jambis nostra constat oratio. Athenaeus* quoque, p. 701 F. choliambum vocat Ἱππώνακτος ἴαμβον, et sic Latini Grammatici omnes, praeter unum *Plotium*, cui p. 2642. 2644 trimeter clodus *Hipponacticus Ananius* audit, metrum σκάζον vocant Hipponacticum; aliqui Hipponactem repertorem ejus diserte praedicant. Vid. *Diomedes* L. III. p. 507. *Serv. Honoratus* p. 1818. *Terentianus* p. 2436. *M. Victorinus* L. II. p. 2526, L. III. p. 2575. *Atil. Fortunatianus* p. 2673. 2697. *Rufinus* p. 2709. 2712. *Fragm. Censorino adscriptum* p. 2726. (Cap. 14). — Archilocho scazontem, quod fecit *Burett.* in *Mem. de l'Acad. des Inscr.* T. X p. 241. 243, veterum nemo tribuit. Interdum choliambi nude dicuntur jambi, ut auctores eorum jambographi. Quot libros ediderit Hipponax incertum est. Ut plurimum indiscrete citatur ἐν τοῖς ἰάμβοις, v. Fr. XXI. XXV. XLVI. Ex libro primo desumta sunt Fr. XIV. XV. XLIV. XLIV*. LXIII. CII. CIII. cf. LXXI; ex secundo Fr. LIV. CIX. Nostra collectio continet centum choliambos, inter quos aliquot sunt mutili. Burettius l. c. non nisi aliquot, J. A. Fabricius perpauca Hipponactis fragmenta exstare dixerant. Quod *Schweigh. Obss. in Athen.* T. II. p. 36

ait, non opus esse, ut in carmine scazontico omnes versus sint claudi, nisi alia quam Heliodori nitatur auctoritate, quam maxime vacillat, (vid. ad Fr. X) nec firmari poterit ex Hipponactis reliquiis, licet in Ananii Fr. I trochaici puri mixti videri possint cum claudis. Alios etiam Hipponax versus fecit claudicantes, et quidem 1) *Jambicos* tetrametros catal. teste *Victorino* L. III p. 2575 (licet exemplum affert trochaici) et *Atilio Fortunatiano* p. 2674. — 2) Dimetros acatal. v. *Plotius* p 2643. 3) Idem *Plotius* p. 2645 sq. jambicum septenarium (Fr. CXIV), et octonarium, utrumque claudum, agnoscit, quorum pars, quum nec Hipponactis ubique mentionem faciat, nec exempla probabilia semper afferat, ad exemplar purorum ejusdem moduli versuum ficta videtur. 4) *Trochaicos* tetram. catal. v. Fr. XXXII. LVII-LX *Victorin.* p. 2530. 5) Trimetr. catal. (v. CXV) 6) Dimetrum catal. clodum sine auctoris nomine *Plotius* edit. p. 2648.

De lege rhythmica claudorum versuum v. *Hermannus, De metrorum quorundam mensura rhythm.* p. XVII et *Boeckhius, De metris Pind.* p. 151 Non absurdum quidem est, quod ait *Terentianus M.* p. 2436 *novitate ductum, non ut inscium legis,* Hipponactem claudum fecisse trimetrum. Sed veram horum versuum rationem et indolem penitius perspiceremus, si pateret musica eorum lex. Nam in musicis modis aliquid fuisse suspicor, quo quod in recitando abruptum et dissonans,

frequentique repetitione etiam absonum videri potest, jucundius et propria tandem vi et effectu perciperetur. Quare, quanquam veri aliquid inesse haud nego, minus tamen tribuo observationi *Demetrii* Cap. 301. *Καὶ ὥσπερ τὸ διαλελυμένον σχῆμα δεινότητα ποιεῖ, ὡς προλέλεκται, οὕτω ποιήσει ἡ διαλελυμμένη ὅλως συνθέσις. σημεῖον δὲ καὶ τὰ Ἱππώνακτος. λοιδορῆσαι γὰρ βουλόμενος τοὺς ἐχθρούς, ἔθραυσε τὸ μέτρον, καὶ ἐποίησε χωλὸν ἀντὶ εὐθέος, καὶ ἄῤῥυθμον, τουτέστι δεινότητι πρέπον καὶ λοιδορίᾳ· τὸ γὰρ εὔρυθμον καὶ εὐήκοον ἐγκωμίοις ἂν πρέποι μᾶλλον ἢ ψόγοις. τοσαῦτα καὶ περὶ συγκρούσεως.* Certe inter fragmenta quaedam ad carmina pertinuisse videntur, in quae illud judicii minime caderet. Nec Callimachum hoc metro argumenta minime Hipponactea fuisse tractaturum crediderim, (v. Fragm. ejus LXXXIII - C.) si illa sola ejus esset ratio et potestas; nec Babrium, cujus nuper auctiores cum fabulis Aesopi reliquias edidit Schneiderus, μυθιάμβους, ut vocant *Suidas* et *Tzetzes*, *Hist. Chil.* XIII, 259, χώλους potius quam puros scripturum, si omne placidum et serenum ab illis abesset. *Victorinus* p, 2575 multos veterum choliambos scripsisse testatur; et adhuc plures novimus, quos quum ad hunc locum collegissem, post vidi maximam partem jam a Gaisfordio esse laudatos. Sunt vero *Herodes*, (v. Fr. LXV) *Charinus*, (*Ptolem. Hephaest.* VII. *Tzetz. Chil.* VIII, 403) *Phoenix Colophonius*, (*Athen.* VIII. p. 359 E. 360 A. X p. 421 D. XI p. 495 D. XII p. 530 E.) *Parmeno Byzantinus*, (*Athen.* III p. 75 F. cf. *Meineck Cur. crit.* p. 25, V. p. 221. A. *Schol. Nicand. Ther.* 806) *Aeschrion Samius*,

(*Athen.* VIII p. 335 C. D. atque hinc in *Brunck. Anal.* T. I p. 181). Sex alios versus servavit *Tzetzes MS.* apud *Ruhnken.* ad *Longin.* sect. 3 p. 236 Weisk. Tetrametrum eius trochaicum claudum excitat *Athen.* VII p. 296 F. et ἀνωνύμως, ut monet Gaisfordius, *Eustath.* ad *Il.* II p. (205, 33) 271, 27) *Hermias*, (*Athen.* XIII p. 563 D) *Archestratus*, (*Athen.* IV p. 163 cf. *Toup. Em. in Suid. et Hes.* T. II p. 520) *Diphilus*, quem a Comico diversum esse, *Meineckius, Cur. crit.* p. 61 pollicitus est se demonstraturum. Ex *Theseide* eius duo choliambos affert *Schol. Pind. Ol.* X, 83, quem locum Boeckhius etiam non de dramate sed de carmine jambico intellexisse videtur. Diphili Comici memoratur *Theseus* ab *Athenaeo* p. 262 A. 451 B. Scenici poetae hoc metro abstinuisse videbantur Meineckio et Hermanno quoque, *Elem. metr.* p. 145. Quod ibi Eupolis ad Hipponactem alludere et propterea claudo versu usus esse dicitur, Rhintonis id exemplo apud *Hephaest.* p. 4 (10 Gaisford.) confirmari potest. Atticum scriptorem eo excelluisse, quem imitatus erat *Cn. Mattius* in Mimiambis, discimus ex *Terentiano* p. 2437:

Hoc Mimiambos Mattius dedit metro.
Nam vatem eundem est Attico thymo tinctum
Pari lepore consequutus et metro.

Ubi *eundem* ad Hipponactem, octodecim versibus ante memoratum, ut impune referre posses, omnes

prius sanae interpretationis leges abdicare oporteret. Construendum est potius: *Vatem Attico thymo tinctum consequutus est pari lepore eundemque pari metro.* Cn. Mattii, (qui et Iliadem Latine reddiderat, v. *Gell.* IX, 14. *Putschii Gramatt.* p. 93. 336) Mimiambornm fragmenta quaedam choliambica servavit *A. Gellius* X, 24. (*Macrob. Sat.* I, 4) XV, 25. XX, 9. (*Fragmenta vet. poet. Latinor. congesta a Rob. et H. Steph. Paris.* 1564. p. 417) Ad Terentiani locum num quis usquam recentiorum scriptorum animadverterit, nescio, sed conjecturam supprimere nolo, qua fieri possit ut aliquis ad rem altius perscrutandam moveatur, illum scilicet ipsum Mimiamborum scriptorem Atticum intelligendum esse apud *Ovidium in Ibin* 525:

Utque parum stabili qui carmine laesit Athenas
Invisus pereas deficiente cibo.

Quo loco (credo, quia de nullo alio carminis *parum stabilis*, i. e. choliamborum, poeta fando acceperant, et Archilochi mentio disticho proxime praecedente facta eis imponebat) abusi sunt Critici non pauci (*Alciat. Parerg.* V, 18, *Turneb. Advers.* IX, 25, quibus adstipulati erant et quidam alii, quos citat *Boëssius Commentar. in Ib.* p. 100. 102 (293 ff.) de Hipponacte interpretantes, et vel *Athenin* substituentes in locum vocis *Athenas*, vel artifices illos Athenienses fuisse et jambis in eos scriptos patriam quoque eorum offensam esse so-

mniantes. Quorum neutrum uti dignum est, quod refellatur, ita rem in medio relinquere non debebat Baylius. Nobis quidem Hipponactem nec in alio quopiam carmine nec in illo Bupaleo, civitatem alienam et remotam insectatum esse, quam maxime est persuasum, et Athenas eum exsulatum ivisse fameque ibi periisse tum credemus, ubi aliis argumentis scriptorumque locis fulcita fuerit haec opinio. *Schol. Ovidii*, mirum dictu: "*Maevius* poeta Athenienses carmine laceraverat, a quibus in carcerem conjectus inedia mori coactus est". Num in excerpendo confudit poetam Atticum et imitatorem Romanum? Boëssius Domitium Calderinum fingere ait, Aristophanem quendam qui cum laudes Athenarum ab Oratoribus editas libris, qui Panathenaici inscribantur, carmine insectatus esset, inedia exstinctus sit publico decreto; Zarottum autem Anaxandridem quendam laudare ex *Eustrathio* ad *Aristot. Ethic.* 7. ubi vero ipse in sua quidem editione nihil ejusmodi reperiebat. Cf. Fr. LXV. Mimiambos scripserat et *Cercidas* Megalopolitanus (de quo v. *Menag.* ad *Diog. Laert.* VI, 76. *Perizon.* ad *Ael.* XIII, 20. *Athen.* VIII. p. 347. *E. J. Poll.* III. c. 2. *Hellad.* ap. *Phot.* et *Meurs.* ad *Hellad.* p. 66.) teste *Stephano Byz.* V. Μεγάλη πόλις. Unum ex iis (ἐν Ἰάμβοις) versum, et quidem choliambum affert *Athen.* XII. p 554.

Ἦν καλλιπύγων ζεῦγος ἐν Συρακούσαις·

ubi non est quod cum Schweighaeusero emendemus Συρα-

χόσαις. Quare in indice Stobaei in *Bibl. Gr.* T. 9. bene Mimiambi ejus nunc laudantur pro *Hemiambis*, quod est in Gesneri Edd. (serm. 56 p. (355) 375) ubi praeterea p. 54 aliud ejusdem fragmentum legitur emendatione aeque ac illud indigens. — Inter Latinos choliambico metro usi sunt Persius in prologo, Catullus, Martialis aliique.

10) Haec ἄλλα (ad quae non pertinet πρῶτος) quae est lyricae et jambicae poeseos cognatio, lyrica fuisse nemo est quin in mentem inducat. *Plutarchus de Mus.* c. 6. (p. 1133 C.) inter citharoedos Hipponactem memoravit. Cf. Fr. LXXVII, tum LXIV. CXI. CXVI. Praeterea trimetrum jamb. catal. purum *Servius Honoratus* p. 1818 vocat Hipponactium, et sic etiam tetr. troch. catal. purum, p. 1819.

Restat, ut auctores veteres de Hipponacte bene meritos vel multum eo usos indicemus. Ad Fr. XLVI. LXVIII. plures commentatores nacta esse Hipponactea videmus. *Hermippi* libri de Hipponacte laudantur Fr. LXXVI. Ex *Lysaniae* libris de Jambographis Athenaeus locum affert Fr. XX. Imitantes eum videmus Lycophronem, semel Aristophanem, quem sicuti caeteros Comicos, in simili poeseos genere versantes, a jambographis multa ne dubites mutuatum esse. E Grammaticis Hipponactem *Pamphilus* respexit in Glossis, Fr. XXVI. LXXV. *Heraclides*, v. Fr. XXV. *Euphronius* v. Fr. XXXVI; inprimis vero *Herodianus* apud Eustathium et Etymologum, cf. Fr. XXX.

HIPPONACTIS FRAGMENTA.

CHOLIAMBI.

I.

Tzetz. in Lycophr. 219. Μαίας δὲ καὶ Διὰς Ἑρμῆς, ὡς Ὀρφεύς φησιν ἐν τῇ ἀρχῇ τῶν Λιθικῶν — καὶ ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου πρώτῳ ἰάμβῳ·

Ἐβόησε Μαίας παῖδα, Κυλλήνης πάλμυν.

In Lycophronis Edd. et apud *Gaisfordium* ad *Hephaest.* p. 253: ὁ Ἱππῶναξ ἐν τῷ κ. Β. π. ἰάμβῳ ἐβόησε· Μαίας κ. τ. λ. Verbum ἐβόησε Hipponacti dare suasit vir doctus apud Muellerum, editorem nuperum. Conjectum aliquis eat ἐπόησε, pro ἐποίησε (cf. *Maittair. De dial.* p. 8. A.) ad sculptorem scilicet Bupalum referendum. Nam quod Brunckius in Aristophane ubique scripsit ποιέω, ubi Edd. et pars librorum dabant ποέω, unde Latinorum est *poesis*, non *poeesis*, (monente *Boeckhio*, *Pind.* T. I p. 424) nihil obstat. Sic ἀλοᾶν dicitur et ἀλοιᾶν.

D

Valcken. Anim. in *Ammon.* p. 22. Sic ῥοιά et ῥοά, χροία et χρόα, ποία et πόα. In *Theocrito* Brunckius edidit ποῆς XXIX, 21 cf. ad VIII, 18. In Inscriptione Orchomenica a Meletio edita ποειτης est pro ποιητής. Sed vulgatam noli sollicitare. Βοᾶν enim de precibus sollenne. Cf. *Doederlein. Spec. Sophocleum* p. 93. Ἴαμβος, carmen jambicum, ut Fr. V. XLIV. XLIV * *Archil.* Fr. XXX Liebel. *Aristot. Rhet.* III. 17. Ἴαμβος κατὰ Βουπάλου Fr. V. CVII. In originem vocis πάλμυς inquirere, operae pretium foret. Usus ea est praeter Lycophronem et *Dosiades Ar.* I. Terminatio est Ionica. Hinc emendandus *Hesych.* Πάλμος· (pro παλμυός) Βασιλεύς, πατήρ. οἱ δὲ πόλμυς. Sic ῥύφειν Fr. LXXXVII et apud *Archilochum* μύκλος, μόκλος, i. e. μόχλος. Aeolensium quoque erat ῦ pro ὀ, vid. *Eustath.* p. 1901, 49. Huc pertinent κόρυς, κόρος, θεύς (*deus*, σδεύς, τὸν Ζεῦν, unde Θευγαμίλας, cet.) Ῥαδάμανθυς cet.

II. III.

Id. ad 690. Ἡ δὲ λέξις τοῦ πάλμυς τῶν Ἰώνων ἐστί, καὶ χρῆται ταύτῃ Ἱππώναξ, λέγων·

Ὦ Ζεῦ πάτερ, θεῶν Ὀλυμπίων πάλμυ,
Τί μ' οὐκ ἔδωκας χρυσὸν ἀργύρου, πάλμυ.

Editores Lycophronis, *Albertus* ad *Hesych.* V. Παλμυός et *Gaisfordius* p. 253 utrumque versum non nisi vir-

gula distinguunt; possent tamen et loci diversi fuisse nec inter se cohaerentes. *Lobeck.* ad *Ajac.* p. 249, Muellero laudatus, ubi ostendit, μοί et σοί a tragicis nunquam elidi, quanquam hoc fortasse licuerit jambographis, scribit: χρυσὸν (ἢ) ἄργυρον, synizesi, puto, admissa, qualem habet *Aristoph. Ach.* 458 μὴ ἀλλά. *Qu. Smyrn.* VIII, 259 μὴ Ἄρης. *Jacobs.* in *Anthol.* T. VII p. conjecit χρῆσιν ἀργύρου. Sed nil mutandum. Valent enim illa: ἔδωκας χρυσὸν ἀντὶ ἀργύρου, ut ἀποδιδοῦσα (ἀντὶ) πόνων, πέντε δίδωσι ἑνὸς — τάλαντα, v. *Schaef.* ad *Lamb. Bos. Ellips.* p. 665. *Piers.* ad *Moer. Attic.* p. 155. Si esset χρυσὸν ἀντὶ χρυσοῦ, interpretarer: *da aurum*, *iterumque aurum*, ut *Theogn.* 344 — δοίης δ' ἀντ' ἀνιῶν ἀνίας. Sed ἄργυρος et χρυσός opponi sibi potius videntur, ut in illo proverbiali: *Vilius argentum est auro, virtutibus aurum Hor. Epp.* I, 1, 52.

IV.

Id. ad 436. Ὅτι δὲ ἁγής, ὁ μυσαρός, ἐξ οὗ λέγεται καὶ ὁ ἅγιος, ὁ μυσαρός, Ἱππώναξ φησίν·

Ὡς οἱ μὲν ἁγεῖ Βουπάλῳ κατηρῶντο.

Affert etiam *Jo. Tzetza*, *Histor. Chil.* XIII, 322, ubi exaratum est βουπάλῳ, *asino*, ut vertit Laci.ius, et *Plot. De Metr.* p. 2644. Putsch.

V.

Jo. Tzetz. Exeg. in Iliad. p. 76, 8. Ἧν δάφνην οἱ ἱερεῖς τοῦ ἡλίου, ἤτοι μάντεις καὶ μάγοι, οἷος ἦν καὶ ὁ Χρύσης, στεφανούμενοι ἐπορεύοντο· καθὼς δηλοῖ καὶ Ἱππώναξ ἐν τῷ κατὰ Βουπάλου ἰάμβῳ·

Κίκων δ' ὁ πανδάλητος ἄμμορος καύης.

Allegatio mutila. Ad Κίκων in Cod. suprascriptum ὄνομα μάντεως, et ad καύης, λάρος. V. *Tzetz.* ad *Lycophr.* 424. 741, ubi bis idem versus profertur. Et priore quidem loco hanc observationem praemittit Grammaticus: Καύηξ δὲ ὁ λάρος κατὰ Αἰνιᾶνας, (locus corruptus; nam quid ad Aeanensium, sive Aetolicae gentis, sive Ponticae, dialectum refert, quod Hipponax voce καύης usus est?) ὥς φησι καὶ Ἱππώναξ. Altero autem monet, Hipponactem dixisse καύης pro καύηξ, quod igitur illic etiam, vel renitentibus libris, Muellero reponendum erat. Eundem errorem a Pottero, Seldeniano libro obsecuto, commissum vituperavit *Hemsterh.* ad *Aristoph. Plut. Schol.* 913. In Muelleri Codd. variantes sunt κήκων, ἄμμονος, πανδαύληκτος, πανδάληκτος. — „*Salmasius* ad *Solin.* p. 65 F. expressit πανταλητος, credo quod epitheto commodiore sic legendum existimaret ἀπὸ τοῦ παντῆ ἀλᾶσθαι. Verum si vir maximus adtendisset, πανδάλητος, ἐκ τοῦ πάντα δαλεῖσθαι vel δηλεῖσθαι, aptissime designare tributam τοῖς λάροις sive καύηξιν ἀδηφαγίαν καὶ ἀπληστίαν, nihil opinor sibi juris sumsisset in

eam vocem." Hemsterh. l. c. Ut καύης, sic χάλης etiam scribit Hipponax; licet nec altera terminatio Jonibus aliena esset. Vid. ad *Alcman* Fr. XII. A quarto casu καύηα Latinum *gavia* ortum esse monet Salmas. l. c.

VI.

Rufinus De metr. com. p. 2712 Putsch. de choliambo agens metro, sine auctoris nomine exempla promit duo, prius:

Ὦ Κλαζομένοισι, Βούπαλος κατέκτειθεν.

Alterum dabimus Fr. XXXIII, quamvis ille cum nostro versu jungat. Κατέκτειθεν nove dictum, pro quo Homerus habet ἐκτάθην et ἐκτάνθην. Pro insolenti Rufini Κλαζομένοισι (ut ὁμοῖος ab ὁμός) *Sopingius* ad *Hesych.* V. Βούπαλος scripsit Κλαζομένιοι (ut *Strab.* p 494. 644) At ex Sulpiciae versu supra Not. 4 laudato illud quoque verum esse liquet; Clazomenius, ut *vinum* ex οἶνος. *Eustath.* ad *Il.* XX p. 1228, 19. Ἀκεσσαμενός ὡς κύριον ὀξύνεται πρὸς διαστολὴν τῆς μετοχῆς. — διὰ τοιαύτην δὲ αἰτίαν καὶ αἱ Κλαζομεναί ἡ πόλις ὀξύνεται κ. τ. λ. cf. *Bast. Lettre crit.* p 123. Praeterea videsis quae ad Fr. X, 1 et XIV notabimus. Alium sculptorem Clazomenium memoravit Hipponax Fr LXX. Bupalum Clazomenis vixisse contenderunt quidam apud Baylium, quod diserto quidem veterum testimonio destitutum, plausibili tamen conjectura dici potest.

VII.

Tzetz. ad *Lycophr.* 424. Τὸ π̄ο (in ἄποθεν) μικρὸν γράφε. Οὗτοι δὲ ἀγνοήσαντες τὸ μέτρον μέγα τοῦτο γράφουσι. τὸ δασὺ δὲ, τοῦτο γίνωσκε, ὅτι ἐκτείνειν δύναται, ὅτε βούλεται ὁ στιχιστής, ἴσως τοῖς διπλοῖς, ὡς καὶ πρώην ἔφην σοι, (ad V. 234, ubi ultimum nostri fragmenti versum citat) εἰς παράδειγμα παραγαγὼν τό·

Τρῶες δ' ἐῤῥίγησαν, ὅπως ἴδον αἰόλον ὄφιν.

(*Iliad.* XII, 208. cf. *Athen.* XIV. p. 632.) εἰ δὲ μείουρον τοῦτο νομίζεις, ἄκουσον καὶ τῶν κατὰ τοῦ Μιμνητοῦ [τοῦ] ζωγράφου χωλῶν ἰάμβων Ἱππωνακτείων στίχων·

Μιμνητὲ κακομήχανε, μηκέτι γράψῃς
ὄφιν τριήρευς ἐν πολυζύγῳ τοίχῳ
ἀπ' ἐμβόλου φεύγοντα πρὸς κυβερνήτην·
αὕτη γάρ, αὕτη συμφορή τε καὶ κληδὼν
Νικαύτι καὶ Σάβαυνι τῷ κυβερνήτῃ,
ἦν αὐτὸν ὄφις τὠντικνήμιον δάκνῃ.

ἰδοὺ τοῦ ὄφις τὸ ō μακρόν ἐστιν, ἐκταθὲν ὑπὸ τοῦ φ̄ δασέος ὄντος, ὡς καὶ ἕτερα μυρία εὑρήσεις σκοπῶν.

Selden. liber habet τοῦ Μιμνητοῦ ζωγράφου. Alii, quos secuti sunt editores, Μιμνῆ, vel Μνημῆ τοῦ; duo omittunt provocabulum τοῦ etiam ante pictoris nomen. In primo versu pariter, et quidem in omnibus libris et

editionibus legitur Μιμνῆ et μνημῆ, numeris depravatis. Error natus inde, quod semel exciderat syllaba τοῦ. (Μιμνητοῦ τοῦ.) Tum, quia desiderabatur articulus, truncatum est nomen, primum hic, tum etiam in versu Hipponactis. Facillimam esse emendationem putavi si reponerem illic lectionem Seldenianam eandemque in versum etiam introducerem. Hipponax quidem Μιμνῆ scribere potuisset, non solum in Vocativo, ut Ἑρμῆ, sed etiam in Genitivo, v. Fr. LXXXVIII, pro Μιμνᾶ, Μιμνάο. Sed Tzetzen minime deceret forma antiqua. Mimnem, vel potius Mimnetum, eundem fuisse cum Mnasitheo seu Mnasitimo apud *Plin.* XXXV, 4, infelix est conjectura Muelleri. Nam Salmasii auctoritas, quam ex Bibl. Gr. mutuatur, non huc, sed ad Fr. V, pertinet. *Gaisfordius* p. 253 Μιμνῆ dedit, et vocem suspectam esse observavit. — Vs. 1. Metrum vel in Hipponacte suspectum. Libri quidam mendose γράφης et κατωμήχανε. Hinc *Hermannus*, *Elem. metr.* p. 143, novum procudit vocabulum incertae significationis; legens: Μιμνῆ κατωμυχαῖε. — V. 2. ἐν πολυστίχῳ, *Selden.* πολυζήλῳ. — V. 3. φεύγοντες. — V. 4. αὕτη γάρ ἐστι συμφορά, in fine signo interrogationis addito. — V. 5. Nomina incerta. Variantes sunt νικαύτη καὶ δίδωνι, νικαύτα καὶ σίγωνι, νικαύτι καὶ σίγωνι. Potterus pro eo quod scriptum invenerat νικύρτα καὶ σάβαυνι, (spondeo in sede secunda) et quod in duobus etiam Muelleri Codd. legitur, conjecturam suam νίκη τε καὶ σαρακόν in textum

recepit. Ultimus versus et hic et ad v. 234 in aliquot MSS. vitiis scatet, ut *ἦν* et *αὐτός*, tum *τῶν τικείμενον δήκῃ, τόν τε κείμενον, τῶν τικνήμων, τ' ἀνακείμενον.* Ex his *δήκῃ*, quod duo praebent Vitebergenses ad v. 234, quamvis inusitato themate, non omnino vilipendendum. Ponere tamen malui cum *Hermanno*, l. c. p. 57, *δάκνῃ*, pro vulgato *δάκῃ*. Idem ait: „*Gaisfordius* ad *Hephaest.* p. 253 *οὖφις* scribendum putat, qui vellem, quo judicari de hac re posset, sensum fragmenti declarasset. Tzetza certe *ὄφις* legit." Ad sensum quidem nihil refert, utrum *ὄφις* legatur an *οὖφις*, quod Gaisfordii purismus (sit venia verbo) invexit. Mimnetus in exteriore navis parte anguem pinxisse videtur ornamento in speciem, quod ut nequaquam adpositum et mali ominis vituperat poeta, fingens ex malo id animo (*κακομήχανε*) in gubernatorem, forte timidum et superstitiosum illum fecisse, cum mera fuisset ineptia,

VIII.

Tzetz. ad *Lycophr.* 579. *Χάλις καὶ ἕρπις, ὁ οἶνος.* — *ἕρπις δὲ παρὰ τὸ ἕρποντας ποιεῖν τοὺς πίνοντας ἀμέτρως· ὅθεν καὶ οἱ Αἰγύπτιοι ἕρπιν καλοῦσιν τὸν οἶνον.* (Quae ineptia! Vocabulum ut sit Aegyptium, etymon Graecum.) *Ἱππωνάκτειοι δέ εἰσιν αἱ λέξεις. Φησὶ γάρ* — (F. LV.) *ἀλλαχοῦ δὲ πάλιν·*

Ὁ δ᾽ ἀντίκ᾽ ἐλθὼν σὺν τριοῖσι μάρτυσσιν,
ὅπου τὸν ἔρπιν ὁ σκότος καπηλεύει,
ἄνθρωπον εὗρεν τὴν στέγην ὀφέλλοντα,

(Infra ad V. 1165 hosce versus repetit et quartum addit:

οὐ γὰρ παρῆν ὄφελμα, πυθμένι στοιβῆς.

praemissa glossa: Σαρὸν γὰρ καὶ ὄφελτρον καὶ ὄφελλα καὶ ὄφελμα, ἡ σκοῦπα, *scopa*; libri duo ἤχουσκοῦπα, Muell. conjicit ἤγουν σκοῦπα λέγεται.)

V. 1. Τριοῖσι, forma inusitata. Edd. et libri μάρτυσιν. — V. 2. Duo libri ad V. 1165 mendose exhibent ἔρπην ὁ σκοπός. "*Toupius* in *Opusc. critt.* T. II p. 87 Lips. ὁ σκότιος, cf. quoque *D'Orvill. Vann. crit.* C. 10 p. 438 et 457." MUELL. — V. 3. Nescio cur Muellerus retinuerit mendosum εὗρεν priori loco, cum altero dederit εὗρε, quamvis ibi quoque in duobus vitiose exaratum sit εὑρών. Gaisfordius εὗρεν, atque ita Edd. priores, (quas a Muellero omnino neglectas esse dolemus, licet a Censore erudito in *Ergaenz. Blaett. zur Jen. A. L. Z.* 1815 N. 88-90 non notatum est.) Illic MSS. quidam dant ἀνθρώπους ὁρῶν, Selden. ἄνθρωπον εὑρών, (unde Potterus fecit εὗρον) et ἐκσαροῦντα, (*everrentem*, ὀφελτρεύοντα.) quod est scholion verbi insolentioris textui intrusum. Ὀφέλλω, hac potestate, omnibus lexicis alienum. Pro scopis (οὐ γὰρ παρῆν ὄφελμα) utebatur ille herba, quae in exstruendis

stibadiis et toris et ad obturandas varias res veteribus inserviebat. Πυθμὴν autem est *radix*, de qua vocis potestate copiose agit *H. Steph. Thes. L. Gr.* T. IV. p. 1742. *Lutulenta radere palma. Hor. Sat.* II, 4, 83.

IX. X.

Tzetz. in *Lycophr.* 855. Οὗτος ἀσκέρας τὰ ὑποδήματα οὐ καλῶς λέγει. — ἀσκέραι δὲ κυρίως τὰ ἐν τοῖς ποσὶ πιλία, ἤτοι ὀρτάρια λέγονται· καὶ χλαῖναν, τὸ σφικτούριον, καὶ κυπασσίσκιον (p. 841 κυπασσίκιον, sed legendum utrobique κυπασσίσκον.) τὸ ἐπιλώρικον. οὗτος δὲ ὁ Λυκόφρων, καίπερ ἀπ' Αἰσχύλου κλέπτων λέξεις τινάς, ἐξ Ἱππώνακτος δὲ πλέον, ἢ ἐπιλήσμων ὢν ἢ μὴ νοῶν ταύτας, ἄλλην ἄλλως ἐκτίθει. ἀλλ' ἀναμνήσω τοῦτο ἐγὼ τὸν σοφὸν ποιητήν. οὐκ οἶσθα, ὦ Λυκόφρον, ὅτι, ὅτε σὺ τὴν Ἱππώνακτος κατεῖχες βίβλον, κατόπιν σου ἑστηκὼς ἐγὼ ἑώρων σε τὰς αὐτοῦ λέξεις ἀναλεγόμενον, καὶ τὸ ἀσκέρας δὲ ἐκεῖ εὕρηκας, καὶ οὕτω τέθεικας, μὴ προσχών, μηδ' εἰς νοῦν ἔχων τὰ ῥητά. ἀλλ' ἄκουε, πῶς φησὶν Ἱππώναξ, καὶ μάθε, ὅτι ἀσκέραι οὐ τὰ ὑποδήματα, ἀλλὰ τὰ πιλία ἤτοι τὰ ὀρτάρια εἰσίν·

> Ἐμοὶ γὰρ οὐκ ἔδωκας οὔτε τὰν χλαῖναν
> δασεῖαν, ἐν χειμῶνι φάρμακον ῥίγευς,
> οὔτ' ἀσκέρῃσι τοὺς πόδας δασείῃσιν
> ἔκρυψας, ὥς μή μοι χίμετλα ῥήγνυται.

ἔγνως, ὅτι διὰ τὸ εἰπεῖν δασείας τὰς ἀσκέρας, τὰ ὀρτάριά φησιν; εἰ δὲ χρεία σοι καὶ ἑτέρας μαρτυρίας, ἄκουσον· (X)

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,

καὶ μετά τινά φησιν·

> Δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι, καὶ κυπασσίσκον,
> καὶ σαμβάλισκα, κἀσκέρισκα, καὶ χρυσοῦ
> στατῆρας ἑξήκοντα θοὐτέρου τοίχου.

ἔγνως πάντως νῦν, ὅτι ἀσκέρικα (l. ἀσκέρισκα) τὰ ὀρτάρια λέγονται. ἰδοὺ γὰρ ἐν τῷ αὐτῷ καὶ ἑνὶ στίχῳ περὶ ὑποδημάτων εἰπων καὶ περὶ ἀσκερῶν λέγει.

„Ὀρτάριον est vocabulum graecitatis mediae, cf. *Du Fresne Glossar. Suid.* habet ἀρτάρια, cf. *Salmas.* ad *Scriptt. Hist. Aug.* T. I p. 973 et 978, ubi docet dici ὀρτάρια et ἀρτάρια *fascias pedales*. Vid. quoque *Hemsterhus.* ad *Pollux.* p. 1204 et *Heins.* ad *Hesych.* V. Ἀσκέρα." Mueller. *Meursius calceamenta villosa* interpretatur, quibus hyeme uterentur, et locum *Hesiodi* affert (*Op. et D.* 539:)

> Ἀμφὶ δὲ ποσσὶ πέδιλα βοὸς ἶφι κταμένοιο
> ἄρμενα δήσασθαι, πίλοις ἔντοσθε πυκάσας.

Huiusmodi calceamentis ex pellibus consutis instructus est Silenus in *Antiqu. Hercul.* T. VI. tab. 44 expressus, ubi editores, praeter Tzetzae locum, laudant *Isidor.* XIX, 34: *Udones, perones, calceamenta rustica. Peronati aratores,* (*Pers.* V, 102) *quorum pedes perone setoso talos ad usque vinciebantur. Sidon. Apollin.* IV, 20. — Cf. *Martial.*

XII, 45. *Epiphanius*, citatus a *Leopard. Emend.* II, 2. Τὰ δὲ ἄλλα πέδια ὡς εἰπεῖν τὰ ἐξ ἱματίων γεγενημένα, ἃ παρά τισιν ὀδώνια κέκληται ἢ βράκαι χερσὶ περιτιθέασι, δακτυλίους δὲ τοῖς ποσίν. Cf. *Poll.* II, 7, 10. πόδια, ποδίδες, πέλυτρα apud Aeschylum et Sophoclem. Quae post ἐπιλώριχον sequuntur usque ad V. 856, in Codd. quibusdam deesse, et ab Jo. Tzetza, Lycophronis calumniatore, ut plurima alia, maxime poetarum eclogae, adiecta esse fratris labori, monuit Muellerus.

Fr. IX, 1. *Jos. Scaliger* l. infra citando οὔτέ πω pro οὔτε τάν. Sic emendat etiam *Wakefield. Silv. crit.* I. p. 77. Sic *Munckerus*, qui quatuor versus priores restituit ad *Anton. Liber.* Fab. 23, οὐδέπω. Ed. vet. χώλαιναν. Baroc. Muelleri Codd. et Pott. τὰν χλαῖναν. Articulus a quibusdam omissus, — V. 2. Vet. Ed. ἔίγες. Baroc. ἔίγευς. Sic et Codd. duo Vitebergg. Potter autem et Muell. ἔίγευς, quae est forma epica. — V. 3. Selden. ἀπκ'ρησι et δαπίησι. Pott. ἀσκέραισι. Baroc. φησὶν pro δατείησιν. — V. 4. Ed. a Munckero adhibita μίμοι. Eadem et Pott. atque Scalig. et Gaisfordius γίγνηται. Seld γίνεται. Cod. Viteb 3. et Baroc. ἔίγνυται. (Ultimus etiam χίμαιτρα.) Muell. ἐνίγνυται, lectore non monito, num ita habeant reliqui, quibus usus est, codices necne.

Fr X. Sequentia Codicis Seldeniani glossematibus admissis mirum in modum corrupit Potterus. Ea ex-

hibemus emendatius ex citatione viri summi *H. Valesii* ad *Harpocr.* p. 47, qui *Priscianum* quoque — ob oculos habuisse videtur". Gaisford. — Vs. 1. Pott. et Muell. ὦ φίλ' Ἑρμῆ Μαιάδος, Κυλλήνιε. Fugit utrumque locus *Prisciani* in fine libri *de metris comicis* p. 1328: *Hipponactem etiam ostendit Heliodorus jambos et choriambos* (l. *choliambos*) *confuse protulisse.*

Ἑρμῆ, φίλ' Ἑρμῆ, Μαιαδεῦ, Κυλλήνιε,
ἐπεύχομαί τοι· κάρτα γὰρ κακῶς ῥιγῶ.

(En versum a Tzetza omissum, ubi ait μετά τινά φησιν.) *Nam* ῥιγῶ *spondeus est.* — Ῥῖγος cum derivatis semper habet ĩ longum. "Edd. Ald. Flor. Parif. Baf. Ἕρμη φιλέρατε καλλαιοῦ κυλλήνιε ἐπεύχομαι τεῦ, nisi quod Flor. habeat κυλλήγις." Gaisford. "Prisciani lectionem (Μαιάδος) servavit *Valesius* ad *Harpocr.* p. 47. emendavit, sed non feliciter, *Jos. Scaliger* in libello *de re nummaria* p. 27. sq. sive in *Gronovii Thes.* T. IX. p. 1513. Non magis ego hoc versu moveor, ut puros trimetros Hipponactem choliambis inseruisse credam, quam illo exemplo, quod Tzetzes affert (Fr. LV.) Sed viderit de his, si quis, quod optandum est ut fiat, fragmenta Hipponactis colliget." Hermann. *Elem. metr.* p. 144. Heliodori opinionem ad legitimam choliamborum cum puris alternationem adstringendam esse, visum olim est Hermanno *De metris* p. 101 (ubi etiam conjecturam proposuerat Ἑρμῆ, Φεραῖε, Μαιάδος, secundum scripturam φιλέρατε, neutiquam prae-

stantem illam lectione Putschiana) quod est ab Hipponacteae poeseos ratione alienum. Ceterum nec ego unquam credidi, Hipponactem *jambos et choliambos confuse protulisse*, quod Heliodorus ex nostro loco, eoque solo, demonstraturus erat. Nihil enim aliud haec verba in illo contextu significant, quam Hipponactem semel in sede ultima choliambi regulam neglexisse. Priscianus minus apte reddidisse videtur locum Heliodori, quem tamen vel sic in errore versari opinor, legendumque vel Κυλλήνειος vel Κυλήνιος, ut supra Ἑρμίας. Homericum quidem est Κυλλήνιος, (cf. Hesych. commentatt. ad h. v. et Fr. XIV) verum uti Ἰσμήνιος dicebatur et Ἰσμηναῖος, Θύμβριος et Θυμβραῖος, Λυκώριος et Λυκώρειος; Ῥήνιος et Ῥηναιεὺς, teste Stephano Byzantino, (cf. *Lennep.* ad *Ovid. Heroid.* XV, 15) sicuti, secundum Gudianum Etymologici M. Codicem apud *Kulenkamp. Spec. Em. et Obs. in E. M.* p. 42, μάταιος et μάτιος, Φίλος, Φίλιος et Φίλαιος, θαλάσσιος et θαλάσσαιος, (*Callim.*) ὥριος (*Hom. Od.* IX, 131) et ὥραιος, quidni in illa etiam voce utraque valeat formatio? Sic urbis Θέσπειας mediam a Corinna modo correptam esse, modo productam, testes sunt *Steph. Byz.* aliique. Sic etiam Αἰνιᾶνες et Αἰνειᾶνες, v. *Doederl. Spec. Soph.* p. 62. Quare non opus est, ut urbs Φωκία apud Herodotum scribatur, ut ab aliis scripta reperitur Φωκαίη; quod praecipiebat *T. Faber* in *Epistol.* P. alt. p. 106. Frequentior est terminatio gentilium in αῖος, a nomi-

nibus urbium in η desinentibus, rarior altera forma in ιος, vel brevi vel longa penultima. Cf. etiam Fr. VI. — V. 2 sqq. "Hi versus ope Viteb. 2 et 3. sic., uti dedimus, sunt constituendi, sicut eos (verba sunt Thryllitzschii) iam Scaliger constituit, cum glossis interlinearibus, quas Potterus (ex Selden.) male in textum recepit, versus nulla metri habita ratione confudit, et e tribus quatuor fere fecit. Etiam metrum bene se habet, sed illud μοι, et suppositum σοι, quod Viteb. 2 et 3 ponunt post χρυσοῦ, eliminandum, nec est olim in vulgatis. (Hucusque Thryll.) Quod ad glossas interlin. in Viteb. 2. adpositas attinet, super χλαῖναν scriptum est σφικτούριον, super κυπασίσκον, ἐπιλώρικον, super σαμβαλίσκα, ὑποδήματα, super τούτέρου, ἰωνικῶς, super κασκέρισκα, ὀρτάρια, et super τοίχου, μέρους. Viteb. 3. glossas non exhibet. Pro τούτέρου l. θούτέρου, malim θατέρου, vel δευτέρου." Mull. Edd. ante Pott. συμβάλικα ut ap. Hephaest. p. 23 σύμβαλα (sic enim legendum erat pro σύμβολα, ubi Schol. p. 90 σάμβαλα.) Pott. σαμβάλικα. Selden. σαμβάλισκα. Baroc. σαμάλισκα. Pott. ex Selden. τοῦ νερτέρου pro τούτέρου. „'Ασκερίσκον et σαμβαλίσκον i. e. σανδαλίσκον adde lexicis; nam vox ἀσκέρικον, quam Schneiderus exhibet, nihili est". Spohn. (*de extrem. Odyss. parte p.* 123) *D'Orvill.* in *Vann. crit.* p. 438 ex *Nonn. Dionys.* II, 56 citat ἀσάμβαλος. *Joseph. Scaliger* in opusculo posthumo supra citato hos versus tractans, Prisciani locum a nobis laudatum ob oculos habuisse videtur:

Ὦ φίλ' Ἑρμῆ Μαιαδεῦ, ὁ Κυλλήνης

* * *

δὸς χλαῖναν Ἱππώνακτι. κάρτα γὰρ ῥιγῶ
καὶ βαμβακίζω.

Pro *κυπατίσκον* bene scribi iubet *κυπασσίσκον*. Sic enim *Harpocrat.* V. Κύπασσις — Οἱ γλωσσογράφοι (Hesych.) χιτῶνος εἶδός φασιν αὐτὸν εἶναι τὸν κύπασσιν· οἱ μὲν γυναικείου, οἱ δὲ ἀνδρείου. μέμνηται δ' αὐτοῦ Ἱππῶναξ τε καὶ Ἑκαταῖος — καὶ Ἀριστοφάνης ἐν τοῖς Ταγηνισταῖς. — V. 3. Χρυσοῦ hic priorem producit, ut Fr. XIII et apud *Alcmanem*, semel apud *Pindarum* (*Hermann. de dial. Pind.* p. IX) *Theognidem*, 119. 720. 499. 1293. Bekk. *Eurip.* (e. g. *Hec.* 547. 710. 1003. 1196. 1209. 1235) *Aristoph. Plut.* 268, cf. *Jacobs. Anthol.* T. XIII. p. 674. *Cod. Palat.* T. II. p. IX. cf. *Boeckh.* ad *Pind. Ol.* I, 87 *Meineck. Cur. crit.* p. 19. — V. 4. „Στατῆρας τοῦ ἑτέρου τοίχου fortasse dixit τοὺς ἑτεῤῥεπεῖς, Gallice *trébuchans*, qui lancem in alteram partem appensi inclinant, non faciunt aequilibrium, sed subsidunt et lancem pessumdant, translatione a navibus, quae εἰς ἕτερον τοῖχον procumbunt, prout laeva sive dextera, ut Catullus loquitur, spirat aura. Hoc Polluci dicitur τοιχίζειν, neque analogia prohibet ἑτεροτοιχεῖν dicere." I. Scalig. l. c. qui mihi quidem non satisfacit. Ex eodem, quo haec pertinebant carmine, sumtum forsitan Fr. III.

XI.

Stob. Serm. XXIX Gesn. et Grot. (περὶ φιλοπονίας) p. 198 Gesnerianae sec. (in qua p. 95 et 96 bis numeratae sunt) p. 200 tertiae.

Χρόνος δὲ φευγέτω σε μηδὲ εἷς ἀργός.

Hermann. Elem. metr. p. 143 proponit μηδ' εἷς.

XII.

Ibid. Tit. LXVI p. 418 (420) Gesn. LXVIII Grot. (ὅτι οὐκ ἀγαθὸν γαμεῖν.)

Δύ' ἡμέραι γυναικός ἐστιν ἥδισται·
ὅταν γαμῇ τις, κἀκφέρῃ τεθνηκυῖαν.

Ἡμέραι ἐστίν non notarunt, qui de figura Pindarica egerunt, ut *Boeckh.* ad *Pind. Ol.* VIII, 8, *Mitscherl.* ad *hymn. in Cer.* 499. *Matth. Griech. Gramm.* §. 302, 2, ut nec *Il.* XXIII, 104 φρένες οὐκ ἔνι πάμπαν. *Tollius* ad *Apollon. Lex.* p. 57 citat *Il.* XVII, 386. cf. *Eustath.* p. 1148, 35. *Anonymus de Barbarismo* p. 198 *Hesiodi Theog.* 321 τῆς δ' ἦν τρεῖς κεφαλαί. *Gaisfordius* ad *Hephaest.* p. 253 scribit εἰσίν.

XIII.

Ibid. Tit. XCV p. 517 (519) Gesn. XCVII Grot. (περὶ τῶν παρ' ἀξίαν εὐτυχούντων.)

Εἴ τις καθεῖρξαι χρυσὸν ἐν δόμοις πουλύν,
καὶ σῦκα βαιὰ καὶ δύο ἢ τρεῖς ἀνθρώπους,
γνοίης χ' ὅσον τὰ σῦκα τοῦ χρυσοῦ κρέσσω.

Καθεῖρξαι est in Athenaei MS. A. III p. 78 F. καθεῖρξε in Edd. priorr. quod peraeque dici potest. Stobaeus habet καθείρξει. Πουλύν adscivit Grot. ex MS. pro πολύν, quod metrum respuit. Apud Athenaeum legitur πόλλον, quod itidem est Ionicum. Vid. *Anan.* Fr. II. Cod. quidem A. retinuit πολύν. Versu secundo ante δύο ex Athenaeo inserui καί, quod Gesn. desiderabat. Grot. *Florileg.* p. 390 Ananio tribuit hos versus, Athenaeum, credo, sequutus, qui ab illo diserte eos descendere facit. (καὶ Ἀνάνιος δ' ὁ Ἰαμβοποιὸς ἔφη.) Quare ea quidem laus, quam *Jacobs.* in *Anim.* ad *Athen.* p. 105 Grotio tribuit, quod lectionem Stobaei γνώη σχάσοντα; σῦκα, syllabis, quae temere coaluerant, solutis et rectius distinctis, ex ingenio emendaverit, non cadit in illum: nam Athenaeus verum exhibet: γνοίη χ' ὅσω. — Stob. κρείσσω. Grot. κρέσσον. cf. *Becker.* ad *Theogn.* 618. 996. Schweighaeuserus in optimo Stobaei codice Parisiensi a Brunckio olim collato non adjectum esse auctoris nomen refert. Codex iste consonat in χ' ὅσω. Ceterum habet κρείσσω. χ' ex Jonico κε pro ἄν. Vs. 2. Pro δύο ἤ, synizesi insolenti, quae tamen apud *Eurip.* invenitur, *Iphig. Taur.* 901 (931) Ἐριννύων, Gaisfordius scribit δύ' ἢ τρεῖς.

XIV. XV.

Priscian. De metr. com. p. 1327 Putsch. *Heliodorus Metricus ait:* Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις, *hoc est, Hipponax multa praeteriit i. e. praetermisit, praefinita in jambicis. Hipponax in primo:*

Ἐρέω γὰρ οὕτω, Κυλλήνιε Μαίαδος Ἑρμῆ.

Iste enim versus cum sit choliambus quarto loco et in quinto habuit dactylos, cum in utroque debuerit a brevi incipiens pes poni. In eodem:

Τοὺς ἄνδρας τούτους ὀδύνη πάλαι Ῥειπε.

Iste jambicus habet in secundo loco spondeum, et in quarto dactylum. (Ultima igitur nunc mutata sunt. In Edd. Prisciani octo in fol. ab anno 1470 ad 1509, quas inspexi, in Bibliotheca Gottingensi adservatas, Graeca omnino omissa sunt. *Gaisfordius* autem ad *Hephaest.* p 251 Edd. Aldinam, Florentinam, Badianam, Basiliensem tantum voces corruptas ὀδύνη πάλαι Ῥειπε non agnoscere, et omnes, praeter Basiliensem, vacuum aliquot verborum spatium relinquere observat. Ita ego quoque olim in Ed. Basil. a. 1529 fol. et 1545. 8. non nisi initium versus τοὺς ἄνδρας; τούτους comparere vidi, hiatu non relicto, Hinc apparet Hipponactea lectu difficilia et corrupta fuisse in Codd. vetustis).

"Colligimus ex tot exemplis horum versuum, quae servata sunt, non aliis pedibus locum esse, quam qui proprii sunt jambographorum. Nam praeter spondeum in imparibus locis, nihil nisi solutam arsin hic illic deprehendimus. Et rarius quidem in quarto pede, ut in Phoenicis Colophonii versibus apud *Athen.* XII p. 530 E. — In quinto autem sextoque pede credibile est a solutione eos plane abstinuisse. Quo magis mirum est, quod Heliodorus Grammaticus apud Priscianum p. 1327. dicit: Ἱππῶναξ πολλὰ παρέβη τῶν ὡρισμένων ἐν τοῖς ἰάμβοις. Qui ibi afferuntur Hipponactis versus — quis tam perversis numeris ab Hipponacte scriptos, ac non potius Heliodorum corrupto codice usum sibi persuadebit? Certe in posteriore versu in promptu est scriptum fuisse:

Τοὺς ἄνερας τούτους δύη πάλαι λεῖπε,

nisi in postremo verbo aliud quid latet". Hermann. *Elem. metr.* p. 143. De hisce duobus fragmentis non certabo; sed ab iis neutiquam pendet veritas observationis ipsis Heliodori, hominis nec indocti nec inepti, verbis propositae; cui equidem fidem derogare non ausim, nec quid ex hac reliquiarum paucitate contra eum, qui integros libros pertractaverat, cogi jure possit, video: praesertim quum ex ipsa argumenti ratione et indole suspicari possimus, Hipponactem non adeo severis quam posteriores, vel etiam in genere utut simili, non tamen pari, Archilochus, metri legibus adstringi se passurum fuisse. Huc porro trahendus est Photii locus ad Fr. XXI

proferendus, et ipse, nisi ad arbitrium rem decidere malis, sat gravis. Jam si fragmenta lustramus, non quidem ita constituta ut ex metrices excultae et severae regulis possent, sed ut ad reliquas sobriae critices normas debent constitui, plura his inesse videmus, quae Heliodori dictum confirment. Levius est, quod Fr. I invenitur anapaestus in prima, Fr. XXIII. XLIII. LIII, 3 tribrachys in secunda sede. Et dubium si concedimus esse spondeum in quarta Fr. XXVII, in secunda, VII, 5 (Νικύρτᾳ), anapaestum in secunda, VI, et in quarta VII, 1, Hephaestio tamen (vid. Fr. XXXIII) diserte, et ad rhythmum quidem versus bene, docet, choliambos quinto loco et difficile spondeum, et omnino non pati trisyllabos pedes. Atqui spondeum habemus octies, Fr. I. X, 1. XIII, 2. XXV. XXX, 2. XXXIV. XLIV, 2. XLVII, et, quia consonantes ante ρ apud nostrum saepissime vim habent producendi, (vid. XX, 5. XXII. XXVI. XXXIV. XXXV. XXXVI. XXXIX. XLI. LXVII.) insuper XX, 4. XXXI, 2, (porro ter in sex jambis puris Fr. LII. cf. LIII. 2. et bis in quatuor Theocriti versibus in Hipponactem, metrum ejus imitantibus.) Unde liquet nauci non esse locum Grammatici MS. apud *Hermannum* p. 142, qui Hipponactem ait hunc spondeum vitasse, et Ananii proprios esse versus, ut ipse vocat, ischiorrhogicos. Immo anapaestus etiam legitur in sede quinta in versu sanissimo Fr. XVI. — Verbum fragmenti posterioris fortasse non mutandum.

Τοὺς ἄνερας τούτους ὀδύνη πάλαι ῥεῖπε,

i. e. εἰς τοὺς ἄνδρας τούτους, ut fuerit scil. forma Jonica ῥείπω, ut δίδω, δίδια, δείδω, δέκω, δέχομαι, δέκω.

XVI. XVII.

Jo. Tzetz. in Iliad. p. 83, 25. Ἐπὶ μῦθον ἔτελλεν· ὑπερβατόν ἐστι δὲ καὶ τοῦτο Ἰωνικόν, ὥς φησι καὶ Ἱππῶναξ·

Ἀπό σ' ὀλέσειεν Ἄρτεμις, σὲ τὲ χὠπόλλων.

καὶ ἀλλαχοῦ·

Παρ' ᾧ σὺ λευκόπεπλον ἡμέρην μείνας,
πρὸς μὲν κυνήσειν τὸν Φλυησίων Ἑρμῆν.

Secundo versui superscriptum in codice προσκυνήσειν. Pro vulgato δὲ κ'ὡπόλλων, cum *Friedemmanno de media syll. pentam.* ad calcem *Spitzneri de versu her.* p. 367, scripsi τὲ χὠπόλλων, quamvis δέ non omnino displicet. Quod idem σέ abjicit, cujus repetitio vim quandam habet, non convenit ad peculiarem hujus auctoris rationem metricam; nec credibile est illud a librario hoc loco intrusum esse. V. 3 forsan scribere debuissem κυνήσεις.

XVIII.

Id. p. 153, 15. Τὸν δὲ Ἄργον . . . ὕνα φασί, κατὰ παντὸς . . . . ατος ὀφθαλμοὺς ἔχοντα . . . . ἀττοντα τὴν Ἰὼ προστάξει . . . . ς ὃν ἀνεῖλεν Ἑρμῆς κελεύσει . . . ! τι δὲ κύων ὁ Ἄργος, καὶ Ἰ . . . . αξ φησί.

Ἑρμῆ κυνάγχα, μὴ . . . . αν δοῦλα.

Lacunae in verbis Tzetzae facile sic explentur: Τὸν δὲ Ἄργον κύνα φασὶ κατὰ παντὸς σώματος ὀφθαλμοὺς ἔχοντα καὶ φυλάττοντα τὴν Ἰὼ προστάξει τοῦ Διός ὃν ἀνεῖλεν Ἑρμῆς κελεύσει Διός· ὅτι δὲ κύων κ. τ. λ.

XIX.

Athen. III. p. 78. B. Φερένικος δὲ ὁ ἐποποιός, Ἡρακλεώτης δὲ γένος, ἀπὸ Συκῆς τῆς Ὀξύλου θυγατρὸς προσαγορευθῆναι (τὴν συκῆν, φησί.) — — ὅθεν καὶ τοὶ Ἱππώνακτα φάναι·

Συκῆν μέλαιναν, ἀμπέλου κασιγνήτην.

Compilavit haec *Eustath.* in *Od.* XXIV p. 1964, 14.

XX.

Athen. VII p. 304 B: (De thynna seu thynnide agitur.) Ἱππώναξ δέ, ὡς Λυσανίας ἐν τοῖς Περὶ Ιαμβοποιῶν παρατίθεται, φησίν·

Ὁ μὲν γὰρ αὐτῶν ἡσυχῆ τε καὶ ῥύδην,
θύνναν τε καὶ μυττωτὸν ἡμέρας πάσας
δαινύμενος, ὥσπερ Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος,
κατέφαγε δὴ τὸν κλῆρον· ὥστε χρὴ σκάπτειν
πέτρας τ᾽ ὀρείας σῦκα μέτρια τρώγων,
καὶ κρίθινον κόλλικα, δούλιον χόρτον.

V. primo scribi potest ῥύδδην pro ῥύδην, cf. *Gebhard. Lectt. Apollon.* p 109 *f.* Sic *ᾄδην scribitur et ἄδδην.* — „V. 3. Quis sit *Lampsacenus eunuchus*, quem dicit poeta, non liquet mihi. In verbo κατέφαγε V. 4. eclogae finem fecit Breviator. Ad mendosum σκληρόν, quod eodem versu habent editi libri, nihil ex MS. A adnotatum. Satis tamen apparet, κλῆρον scriptum opportuisse: quod perspecte Dalecampius viderat, *haereditatem* Latine reddens. In scriptura πέτρας τ' ὀρείας haud dubie mendum inest: cui si quis commodiorem indicaverit medicinam, quam quae a nobis proposita est, (πέτρας ὀρείνας) gratias ei habebimus. De vocabulo κόλλιξ v. Animadv. ad III p. 112. F. et huc quidem spectare potissimum videtur, quod ex pluribus autoribus *Foesius* in *Oecon. Hippocr.* p. 347 adnotavit, *minutum* quoddam *panis genus* isto nomine adpellari solitum." Schweigh. Ad Λαμψακηνὸς εὐνοῦχος suppl. τίς, homo bene lauteque nutritus et curatus. Is autem, de quo agit poeta, erat helluo, ut ait Gaisfordius ad *Hephaest.* p 252, qui patrimonium suum devorarat. — „Non solum copula τ' offendor, ut nunc quidem locus editur, plane inutili et otiosa, verum etiam nominativo participii, quod quum a χρὴ pendeat, necessario accusativus requiritur. In tollenda scripturae corruptela ipse sibi non satisfecit Schweighaeuserus: ego certus conjecturae sic emendo:

ὥστε χρὴ σκάπτειν,
πέτρας τ' ὀρείας σῦκα μέτρια τρώγειν.

ut fodere sit coactus montanaeque rupis ficus modicas rodere. Intelligendi fructus arboris caprifici, cujus ea natura est, ut lapidibus, quorum commissuris innascitur, discussis erumpat. Vid. *Martial.* X, 2, 9. *Hor. Epod.* V, 17 *Juven.* X, 145." Erfurdt. in *Obss. critt. in Athen.* in *Horreo Regiomont.* Fasc. III p. 463. *Hermanni* ibidem nota est: „At Jonica dialecto utitur Hipponax. Unde quum πέτρας ὀρεία; accusativum esse appareat, suspiceris τ' avulsum a verbo, in quo erat, esse, scribique debere hoc modo:

ὥστε χρὴ πέτρας
σκάπτοντ' ὀρείας, σῦκα μέτρια τρώγειν."

Transpositionis remedium anceps. Particula τέ per se semel posita non omni excusatione sensuque careret, modo vel casum haberemus impersonali verbo accomodatum, vel nova consfructio sine quacunque particula apte posset institui, quod si ferri posset, jungendum censerem cum hocce Fr. XXVI. Sed emendandum opinor, praesertim quum et jejuni nescio quid habeat μέτρια:

ὥστε χρὴ σκάπτειν
πέτρας τ' ὀρείας, σῦκά τε τρία τρώγειν,

Insolens quidem prioris τέ rejectio, sed consructio sana: ὥστε χρὴ πέτρας τε σκάπτειν, σῦκά τε τρώγειν. Fr. XIII σῦκα βαιά. Gaisfordio post versum quartum aliquid deesse videbatur; quapropter lacunae signa posuit.

XXI.

Athen. IX p. 370 A: Μή ποτε δὲ ὁ Νίκανδρος μάντιν κέκληκε τὴν κράμβην, ἱερὰν οὖσαν. ἐπεὶ καὶ παρ' Ἱππώνακτι ἐν τοῖς Ἰάμβοις ἐστί τι λεγόμενον τοιοῦτον.

> Ὁ δ' ἐξολισθὼν ἱκέτευε τὴν κράμβην
> τὴν ἑπτάφυλλον, ᾗ θύεσκε Πανδώρῃ
> Θαργηλίοισιν ἔγχυτον πρὸ φαρμάκου.

„In MS. Epit. desinit testimonium in verbis ᾗ θύεσκε Π. Reliqua ita, ut a Casaubono prolata sunt, (fuerat enim ᾗ θύεσκε Πανδώρῃ, Γαργηλίοισιν, ἔγχυλον) emendata exhibet MS. A. Ἔγχυτον, *placentae* vel *libi genus*; quod et alibi ἐπίχυτον, XIV p. 645 C. D. *Pandora* fuit una e sex filiabus Erechthei regis Atheniensium, quae cum sorore Protogeneia pro patria se devovit et jugulandam hostibus praebuit. Vide *Suidam* in Παρθένοι. Quare recte πρὸ φαρμάκου habent libri; i. e *ante expiationem, priusquam patriae se devoveret.* Scilicet φαρμακός, ὀξυτόνως, ut diserte *Ammon. De Diff. Vocab.* p. 142 confirmat, sive φάρμακος antepenacute, ut scribitur apud *Hesych.* h. v. et sub voce Κραδίης νόμος, dicebatur Athenis qui alias κάθαρμα, scilicet *qui Thargeliorum festis diebus, expiandae civitatis caussa, morti sese devovit:* de quo usu vocabuli omnes veteres Grammatici monuerunt, quorum cum ipsorum, tum aliorum auctorum testimonia collegit *Meurs. Attic. Lect.* IV, 4 et in *Grae-*

cia feriata Tit. Θαργήλια. Cui usui vocabuli Φαρμακός vel Φάρμακος consentaneum erat, ut τὸ Φάρμακον, in neutro genere, diceretur ὁ καθαρμός, i. e. *expiatio*, seu *devotio pro patria*. Quo quidem sensu positum nomen abstractum τὸ Φάρμακον, praeter hunc locum, nusquam alibi reperire mihi contigit, nisi apud *Tzetzen*, *Chil.* V. 23, cujus haec sunt verba, a *Meursio* in *Lect. Att.* p 223 citata: Εἰς καθαρμὸν καὶ Φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης." Schweigh. Similis verbi omissio, ut in πρὸ Φαρμάκου, est in his *Taciti Annal.* XV, 74 *Post arma Julii Vindicis*; *Libanii* apud *Jacobs. Animadv.* in *Athen.* p. 218, μετὰ γῆν, μεθ' ὕδωρ, *postquam Persis aquam et ignem dediderunt; Virgilii Aen.* XI, 234 *adsurgere in clipeum*, XII, 729 *in ensem*. Sic in *Pindari fragmento* apud Heynium T. III p. 18 διά τε τὰς χεῖρας λιβάνου ξανθὰ δάκρυά τε; *propter manuum elationem*, qui precantium ritus. Schweighaeuserianae loci hujus explicationi calculum adjecerunt *Jacobs. Anim. in Athen* p. 199 et *A. Meinek.* in *Curis critt* p 35. Quorum posterior, quum Jacobsius versum corruptum pronuntiasset, ob productionem mediae syllabae in Φαρμάκου, locum e *Photii Lex* p 467. excitavit: (quo ipso et Gaisfordius usus est) Οἱ Ἴωνες ἐκτείνοντες λέγουσι Φάρμακον· οὗτοι γὰρ διὰ τὴν τῶν βαρβάρων παροίκησιν ἐλυμήναντο τῆς διαλέκτου τὸ πάτριον, τὰ μέτρα, τοὺς χρόνους. δηλοῖ καὶ Ἱππῶναξ. Ad quae adnotat: „Non dubito, quin ad hunc ipsum Hipponactis locum respexerit Photius,

de cujus observatione quid statuendum sit, aliis perpendendum relinquo. Mihi quidem parum commoda videtur." — In *Φάρμακον* iterum producitur penultima Fr. XXI, tertio, quarto, quinto XLIV, et, ut videtur, etiam LXXIV in exitu choliambi; sicut in *ὄφις* Fr. VII, 6, ibid. fortasse prima in *κακομήχανε*, Vs. 1. His adde *ἀγής* Fr. IV. *ξύδην* XX, 1, prioribus longis, ut taceam productiones in Κυλλήνīε X, 1, *Ἱκέτευε* XXI (ut in *Ἱκέσιος* *Apoll. Rhod.* IV, 369) *ἐτίλησεν* XL. et hiatum XI. — Fr. III elisum est *μοί*, quod Atticis non licuit. Cf. praeterea quae ex Herodoto notat *Schneiderus* in *Lex.* V. Παραγωγή, quod vocabulum non id solum significat, quod ad ultimam clausulam simplicis dictionis accedit, sive litteram sive syllabam, sed etiam *perversionem*. Vid. *H. Steph. Thes. l. Gr.* T. I p. 82 T. II p. 579.

Plura jurandi formulae *μὰ τὴν κράμβην, μὰ τὰς κράμβας* exempla affert Athenaeus, Ananii, (v. Fr. ejus II) Teleclidis, Epicharmi, Eupolidis; Jonicumque videri hoc juramentum observat, nec mirum admodum accidere nobis debere, *per brassicam* jurasse nonnullos, quandoquidem et Zeno Citticus, Stoae conditor, Socratis juramentum *per canem* (de quo videndus *Schol. Plat.* p. 5 Ruhnk) imitans, *Capparim* jurare consueverit.

XXII.

Athen. IX p. 375 C. Χοῖρον δὲ Ἴωνες καλοῦσι τὴν θήλειαν, ὡς Ἱππῶναξ· Ἐν

Σπονδῇ τε καὶ σπλάγχνοισιν ἀγρίας χοίρου.

Sic Sophocles aliique. Versus sanissimus; quod ob Schweighaeuserum moneo.

XXIII. XXIV.

Athen. XI p. 495 C: Πέλλα· Ἀγγεῖον σκυφοειδές, πυθμένα ἔχον πλατύτερον, εἰς ὃ ἤμελγον τὸ γάλα. Ὅμηρος — (*Il.* XVI, 641) τοῦτο δὲ Ἱππῶναξ λέγει πελλίδα·

Ἐκ πελλίδος πίνοντες οὐ γὰρ ἦν αὐτοῖς
κύλιξ, ὁ παῖς γὰρ ἐμπεσὼν κατήραξε.

δῆλον, οἶμαι, ποιῶν, ὅτι ποτήριον μὲν οὐκ ἦν, δι' ἀπορίαν δὲ κύλικος ἐχρῶντο τῇ πελλίδι. καὶ πάλιν·

Ἐκ δὲ τῆς πέλλης
ἔπινον, ἄλλοτ' αὐτός, ἄλλοτ' Ἀρήτη
προὔπινεν.

„Ab isto Graeco πελλίς ductum Latinum vocabulum *pelvis*, monitum est a doctis. Vid. *Hemsterh.* ad *Polluc.* X, 78. Alii tamen, nec ii absque specie veri, aliter sentiunt: quorum legas rationes in *Vossii Etymol.* h. v. Versus, quum non distincte scripti vulgo essent, distinxit Casaub. — In 1. V. pro αὐτοῖς non ita absurda

est scriptura αὐτῇ, quam habet MS. A. quin vera esse possit, ad *Aretam* relata, cujus in domo mulieris res acta videtur. Scripturae ὑτοῖς, quam habent ibi editi, patrocinatur quidem Epitoma; sed fieri potest, ut suo judicio Breviator ὑτοῖς pro αὐτῇ posuerit. At fortasse ne sic quidem adhuc persanatus idem ille versus est, in quo Aretae fit mentio; videndumque, ne in hunc modum scribi debuerit:

ἔπινεν ἄλλοτ' αὐτός, ἄλλοτ' Ἀρήτη etc.

— Vocem ἀρύτῃ nullus ante Casaubonum liber, nec scriptus, nec editus, agnoscit: suo judicio suaque auctoritate tacite illam ipse invexerat. ἀρήτη habent Ed. Ven. et Bas. praeeunte vetere Cod. A. In Epit. deest posterius istud testimonium. Jam vero quid quaeso rei erat, cur haec vox, quam libri omnes adferebant, ita praecise et indicta adeo caussa damnaretur? Quidni Ἀρήτη proprium nomen mulieris esset? quod sane, ut muliebre nomen, et ex Odyssea et ex philosophantium mulierum historia satis notum. etc." SCHWEIGH. Priores duo versus leguntur etiam apud *Eustath.* in *Od.* V. p. 1531, 57. Ἀρήτη, prima longa, ut *Odyss.* VII, 741 *Il.* XVII, 494. Sic in Ἄρης etiam ᾰ est anceps. De meretrice agi credo. Ad. V. 2. conf. *Petron.* 52. *puer calicem projecit* cet.

XXV.

Athen. XIV p. 625 C: Οὗτός ἐστι Πύθερμος, οὗ μνημονεύει Ἀνάνιος ἢ Ἱππῶναξ ἐν τοῖς Ἰάμβοις οὕτως·

Χρυσὸν λέγει Πύθερμος ὡς οὐδὲν τἄλλα.

λέγει δ' οὕτως ὁ Πύθερμος·

Οὐδὲν ἦν ἄρα τἄλλα πλὴν χρυσός.

„Pythermonis Teji, poetae lyrici, meminit *Fabr. Bibl. Gr.* T. II p. 136 Harles. — ἢ post Ἀνάνιος inseruit Casaub. Ita solet loqui Athenaeus de iis scriptis, quorum incertus auctor. Ananio, vetustissimo poetae, non semel iniqui fuerunt operis hujus interpretes. — Jambicus versus Ananii sive Hipponactis haud dubie respicit ipsius Pythermi verba ista, quae continuo subjiciuntur — quae tamen, cum sint a reliquo carmine abrupta, haud satis liquet, quamnam in sententiam illa dixerit poeta. Ne ipsius quidem illius jambi, quem Ananii aut Hipponactis esse ait *Heraclides* satis perspicua sententia: quem Dalecampius sic interpretatus est: *Pythermus aurum loquitur, aliud nihil:* in eandemque sententiam Gallicus interpres. At videndum, ne hic potius sensus sit: *De auro sic loquitur Pythermus, quasi reliqua omnia nihil sint.* Porro ipsa Pythermi verba etiam diversimode adferri video. — In *Proverbiorum e Bibliotheca Vatic. Appendice* II, 14 p. 299. Schott. haec leguntur: Οὐδὲν ἦν ἄρα πλὴν ὁ χρυσός. αὕτη

ἀρχή ἐςι σκολιοῦ. (apud Athen. corruptum est σκαιὰ μέλη.) ἀνατιθεῦσι δὲ αὐτὸ Πυθέρμωνι. Eadem ῥῆσις, omisso quidem auctoris nomine, apud *Diogenianum* paroemiographum VII, 94 in hunc modum effertur: Οὐδὲν ἦν τἄλλα πάντα πλὴν χρυσός. Rursus apud *Suidam* hoc modo: Οὐδὲν ἦν παρὰ τ' ἄλλα πλὴν χρυσός." Ex *Schweighaeuseri* Animadvv.

XXVI.

Athen. XIV p. 645 C. Πάμφιλος δὲ τὸν ἀττανίτην καλούμενον ἐπίχυτόν φησι καλεῖσθαι. τοῦ δὲ ἀττανίτου Ἱππῶναξ ἐν τούτοις μνημονεύει·

Οὐκ ἀττάγας τε καὶ λαγῶς καταβρύκων,
οὐ τηγανίτας σησάμοισι φαρμάσσων,
οὐδ' ἀττανίτας κηρίοισιν ἐμβάπτων.

„Hipponactis testimonium, veluti pedestri sermone conceptum, in hunc modum scribebatur in editis consentiente MSto: οὐ καττάς τε καὶ λαγῶς καταβρύκων, οὐ τηγανίας σησάμοισι κ. τ. λ. Casaubonus emendavit et in tres scazontes distinxit. Primus versus jam supra adpositus erat, IX p. 388 B, ubi διατρώγων pro καταβρύκων scribitur; ibidemque ἀτταγάς τε acute scribitur, ut hic voluit Casaubonus; nec ibi de accentu aliud ex MS. A. adfertur, in Epit. autem non legitur is versus. At, si quid video, in accusativo plurali aut ἀτταγᾶς fuit scribendum, a singulari ὁ ἀτταγᾶς; aut ἀττάγας a singulari

ὁ ἀττάγας, quod nos hic praetulimus. Sic apud *Ael. De N. Anim.* XV, 27 τοὺς ἀττάγας. (Illic legebatur etiam σιλαγώς, quod tacite correxit Casaub. ex nostro forsan loco.) Quod dein V. 2 legebatur, τηγανίας, id probum per se erat; sed adversabatur metro, ob penultimam brevem: quare τηγανίτας recte scribi jussit Casaub. Valent autem idem ὁ τηγανίτης et ὁ τηγανίας, quemadmodum ὁ ταγηνίτης et ὁ ταγηνίας, p. 646 D. E. Idem enim valet etiam τὸ τήγανον ac τὸ τάγηνον. Cf. VI p. 228 D. E. Habes autem apud Hesychium Τηγανίτης· "Ἄρτος ἐπὶ τηγάνου γεγονὼς καὶ μετὰ τυροῦ ὀπτώμενος." SCHWEIGH.

XXVII.

Athen. XV. p. 690 A. Παρὰ πολλοῖς δὲ τῶν κωμῳδιοποιῶν ὀνομάζεταί τι μύρον βάκκαρις· οὗ μνημονεύει καὶ Ἱππῶναξ διὰ τούτων·

Βακκάρει δὲ τὰς ῥῖνας
ἤλειφον· ἔστι δ' οἵη περ κρόκος. —

Haec quum continuo tenore scripta essent, ad formam choliambicam revocavit *Schweigh.* simulque ostendit, verba ἔστι δ' οἵηπερ κ. ut in Epit. scribitur, seu ἐστ' οἵηπερ κ. ut habent Edd. cum MS. A, falso pro glossemate suspecta esse *Toupio* in nova Ed. *Epistolae crit.* T. II *Emendation.* p. 521 MS. A. inter lineas habet βάκκαρι, quod perinde quidem dici potest, ac βακκάριδι, βακκάρει, a metro autem hic non fertur. Recte verterunt viri

docti: *Baccari nares inunxi*, sive *inunxerunt; odore similis ea croco est*, i. e. *suavi*, *fragranti*, *delicato*.

XXVIII.

Diog. Laert. I, 107 in vita Mysonis. Μέμνηται δὲ αὐτοῦ καὶ Ἱππῶναξ εἰπών·

Καὶ Μύσων, ὃν ᾽ Ωπόλλων
ἀνεῖπεν ἀνδρῶν σωφρονέστατον πάντων.

XXIX.

Sextus Empir. adv. Grammat. I, 13, 2-5. Ἔχοι δ᾽ ἄν τινα φασὶν ἐξαιρέτως καὶ ταῖς τῶν μανθανόντων αὐτὴν πατρίσιν ἀναγκαῖα (ἡ γραμματική.) Λεβεδίων γοῦν διαφερομένων πρὸς τοὺς ἀστυγείτονας περὶ Καμανδωδοῦ, ὁ γραμματικὸς τὸ Ἱππωνάκτειον παραθέμενος ἐνίκα·

Μηδέ τ᾽ ἄν μοι μῦ
λαλεῖν Λεβεδίην ἰσχάδ᾽ ἐκ Καμανδωδοῦ.

„Salmasius pro λαλεῖν, quod est in editis et MSS, legit λαβεῖν, atque hoc verbum ponit ante Λεβεδίην, ut versus choliambus constet. Ac de versu quidem recte. Sed de praecedentibus verbis quid fiet? Itaque consensui Codicum inhaerens servo illud λαλεῖν, et totum locum lego sic: Μηδὲ ἄν μοι μῦ λαλεῖν Λεβ. κ. τ. λ. Quod Hipponax dixit μῦ λαλεῖν, imitati Latini scriptores scripserunt *facere mu.* Ita Lucilius, Ennius, Plautus, Apule-

jus Vid. *Jani Laurenberg. Antiqu.* et *Hieron. Columm.* ad *Ennii fragm.* p. 137 et 331. — *Mihi nec dixeris mu de Lebedia carica ex Camandodo.* — Sic Megarenses cum Atheniensibus contendentes de Salamine, victi sunt producto versu sub Homeri nomine, ut narrat *Aristoteles Rhet.* I, 15, et alii laudati Menagio ad *Laertii* I, 40."
J. A. Fabric.

XXX.

J. A. Fabric. in notis ad *Sext. Emp.* p. 260: *In Scholiis ad Dionysium Thracem reperi, barbaros etiam antiquis soloecorum nomine venisse.* Σολοίκους δὲ ἔλεγον οἱ παλαιοὶ τοὺς βαρβάρους. ὁ γοῦν Ἀνακρέων φησί· Κοίμησον σόλοικον φθέγγον. καὶ Ἱππῶναξ·

Καὶ τοὺς σολοίκους ἢν λάβωσι περνῶσι
Φρύγας μὲν εἰς Μίλητον ἀλφιστεύοντας.

„Σολοίκους recte barbaros interpretatur *Diomedes* nescio an alius in Scholiis ad Dionys. Thracem." Is. Voss. ad *Catull.* p. 226. *Eustath.* ad *Il.* II. p. 368, 1, priorem versum sic scribit:

Καὶ τοὺς σολοίκους ἵν' ἐθέλουσι περνᾶσιν.

Pluribus locis Eustathium commentariis illis in Dionysii Τέχνην γραμματικήν usum esse monet *J. A. Fabr.* in *Bibl. Gr.* T. VI p. 307 Harles. Nostrum scholion legitur ad calcem *Ammonii* p. 193 et 204, et in *Villoisoni*

Anecdot. Graec. T. II. p. 177, in libro Περὶ βαρβαρισμοῦ καὶ σολοικισμοῦ κατὰ πλάτος, qui a Valckenario quidem Ammonio tribuebatur, Codice autem Marciano 512 apud *Villoisonum* p. 175 *Aelii Herodiani.* Grammatici celeberrimi, esse arguitur. Valcken. Cod. A. αλφητεύσαντας, Cod. B. ἀλφιτεύσοντας, quod ipse exhibuit p. 193. Cod. C. seu apographum Vossianum ἀλφηστεύοντας. In libri margine posuerat *Vossius*: *lege* ἀλφιτεύοντας, i. e. *in pistrinum mittunt.* Sic scribit et ad *Catullum* l. c. (*farinam facientes*) et sic legit etiam *Schneiderus* in *Lex. D'Orvill.* in *Vann. crit.* p. 570 scribit: — εἰς Μίλητον ἀλφηστεύοντας. ἀλφιτεύοντας. *Gaisfordius*: ἀλφιτεύσοντας. Cod. A. et B. περνᾶσι. C. περνῶσι et περνάασι. Cod. Marcian, seu Villois. 489 Περνασοὶ τοὺς Φρύγας εἰς Μίλητον ἀλφιτεύσοντας. Alter Cod. Marcianus 512 περνῶσι, praecedente distinctione, Φρύγας μὲν εἰς M. ἀλφεστεύοντας. Ultimam hanc lectionem, quam et Fabricius invenerat, genuinam esse equidem reor, vel leviter tantum affectam; desideratur enim futurum ἀλφηστεύσοντας. Verbum ἀλφηστεύω, lexicographis ignotum, descendit ab ἀλφηστής, plane ut ἀλφιτεύω ab ἀλφιτεύς. Ἀλφησταί *Etymologo* et *Hesychio* sunt οἱ ἔντιμοι. Ἀλφηστεύειν igitur valet ἔντιμον εἶναι, *stare magno, pretium habere*, tum, ut ἀλφαίνω, omnino *licere, vendi*, ut *Il.* XXI, 79 ἑκατόμβοιον δέ τοι ἦλφον. Sic poeta apud *Suidam*: ἑκατόμβοιον ὅς τ' ἀλφαίνει, et alius ibidem:

> Οἴμοι κακοδαίμων τῆς τόθ' ἡμέρας, ὅτε
> εἶπεν μ' ὁ κήρυξ, οὗτος ἀλφάνει.

Mileti igitur celebris fuit servorum mercatus.

XXXI.

Strab. XIV *p.* 633. Ἠσαν γὰρ αὐτοῖς (Ephesiis) σύνοικοι τὸ παλαιόν, ἡνίκα καὶ Σμύρνα ἐκαλεῖτο ἡ Ἔφεσος· καὶ Καλλῖνός που οὕτως ὠνόμασεν αὐτήν, Σμυρναίους τοὺς Ἐφεσίους καλῶν. — Καὶ τόπος δέ τις τῆς Ἐφέσου Σμύρνα ἐκαλεῖτο, ὡς δηλοῖ Ἱππῶναξ·

Ὤικει δ' ὄπισθε τῆς πόληος ἐν Σνύρνῃ
μεταξὺ Τρηχείης τε καὶ Λέπρης ἀκτῆς.

Ἐκαλεῖτο γὰρ Λέπρη μὲν ἀκτὴ ὁ Πριών, ὁ ὑπερκείμενος τῆς νῦν πόλεως, ἔχων μέρος τοῦ τείχους αὐτῆς· τὰ γοῦν ὄπισθεν τοῦ Πριῶνος κτήματα ἔτι νυνὶ λέγεται ἐν τῇ Ὀπισθολεπρίᾳ. Τραχεῖα δ' ἐκαλεῖτο ἡ ὑπὲρ τὸν Κορησσὸν παρώρειος.

„Medic. 3. 4. Parif. ὄπισθε pro ὄπισθεν. Versus in formam redegerunt *Leo Allatius* ad *Philon. De septem orb. spectac.* p. 88. *Salmaf. ad Solin.* p. 568 *Holsten.* ad *Stephan.* p. 122 ex quibus hic πόλιος minus bene retinuit, reliqui in πόληος mutarunt.„ Tzschuck. *Steph. Byz.* V. Ἔφεσος — ἐκαλεῖτο καὶ Σμύρνα, ἀπὸ Σμύρνης τῆς Ἀμάζονος, ἐκαλεῖτο δὲ καὶ Σάμορνα, (cf. *Hesych.*) καὶ Τραχεῖα, (*Athen.* VIII. p. 361. *E.*) καὶ Ὀρτυγία, καὶ Πτελέα.

[XXXII.]

Strab. XIV. p. 636: Ἐκ Πριήνης δ' ἦν Βίας, εἷς τῶν ἑπτὰ σοφῶν, περὶ οὗ φησιν οὕτως Ἱππῶναξ· Καὶ δικάσθαι Βίαντος σου Πριηνέως κρέσσον.

„Edd. ante Casaub. ἐκ Βίαντος, quam voculam ἐκ, satis molestam, ignorant Codd. et Casaub. exegit. Pro

κρέσσων, κρείσσων vitiose ed. Casauboni. Casauboniani aliqui, Venet 1. 2. κρίσσον. Casaubonus, quod Hipponax videatur de aliquo dixisse ὑπερβολικῶς, probat ὁ καὶ — κρέσσων. Qui hos versus commemorant *Suidas* et *Diogenes Laertius*, ille V. Βίαντος Πριηνέως δίκη habet δικάζεσθαι — κρείσσων, hic in *Biantis* vita I, 5, 3 Sect. 84. cf. 88. ἃ καὶ δικάζεσθαι — κρεῖσσον. Si plerisque et melioribus libris hic standum est, vulgata moveri non debet. Menagius ad Diog. l. c. versum sic explet:

ὁ καὶ δικάζεσθαι
δίκαν Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρίσσων.

Quae habet *Erasmus* in *Adag.* p. m. 751 parum ad κρίσιν faciunt." Tzschuck. Cf. *Apostol.* V, 58 Βίαντος δίκη. Posset et scribi δικάσασθαι antepenultima longa, ut in τοξάσεται, *Odyss.* XXII, 72. τεχνάσατο, *Anthol. Pal.* p. 457 ep. 94; sed omnino duplicanda foret littera σ. Κρίσσων legitur etiam in *Schol.* ad *Anthol.* L. III in Ep. in Biantem. *Gaisfordius*, cujus librum accepi demum, quum haec fragmenta jam typothetae essent in manibus, bene scribit tetram. trochaicum:

Καὶ δικάζεσθαι Βίαντος τοῦ Πριηνέως κρίσσων.

XXXIII. XXXIV.

Hephaest. p. 16. cf. p. 86. Ἔστιν ἐπίσημον ἐν τοῖς ἀκαταλήκτοις καὶ τὸ χωλὸν καλούμενον, ὅπερ τινὲς μὲν Ἱππώνακτος, τινὲς δὲ Ἀνανίου φασὶν εὕρημα. διαφέρει δὲ τοῦ ὀρθοῦ, ᾗ

ἐκεῖνο μὲν τὸν τελευταῖον, ἴαμβον ἔχει ἢ πυῤῥίχιον, διὰ τὸ ἀδιάφορον· τοῦτο δὲ ἢ σπονδεῖον ἢ τροχαῖον· καὶ ὅτι ἐκεῖνο μὲν ἐπὶ τῶν παραληγόντων μετὰ τῶν δισυλλάβων δύο ἰάμβους καὶ σπονδείους (Pauuius corrigit μετὰ τῶν δισ. δύο, ἰάμβου καὶ σπονδείου, atque ita unus Gaisfordii codex exhibet) δέχεται καὶ τρισυλλάβους τὸν δάκτυλον, τὸν τρίβραχυν, καὶ τὸν ἀνάπαιστον· τὸ δὲ χωλὸν οὐ δέχεται τοὺς παραλήγοντας τρισυλλάβους πόδας, οὔτε δάκτυλον, οὔτε τρίβραχυν, οὔτε ἀνάπαιστον· ἀλλὰ μάλιστα μὲν ἴαμβον, ὅτε καὶ εὐπρεπές ἐστιν, ὡς·

Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος· οὐ γαρ ἀλλ' ἥκω.

ἔσθ' ὅτε καὶ σπονδεῖον, ὅτε καὶ τραχύτερος γίνεται, ὡς τό·

Εἰς ἄκρον ἕλκων, ὥσπερ ἀλλᾶντα ψύχων.

„Οὐ γὰρ ἀλλά est **etenim** apud Atticos. *v. Suidam* in V. et *Bentlej.* ad *Fragm. Callimachi* (Fr. XCII) Alter versus vertendus forte: *In altum trahens, tanquam botulum siccans*: ut facit, qui botulos exponit vento, ut siccentur. Sententia est imperfecta, qnia de versu tantum sollicitus erat Hephaestion: ea, de quibus illud εἰς ἄκρον ἕλκων dicebatur, exhibebant verba omissa. Si comicum quid dictum fuerit, fortasse legendum suspiceris ψυχήν: *In altum trahens, tanquam botulum, animam suam.* Sed hoc incertum. Pro ἕλκων in aliis membranis erat ἥκων, quod ego non sumam mihi." Pauw. „Verterim: *In altum trahens, ac si frigefaceret botulum.* Ψύχειν saepe de eduliis quae frigefiunt usurpatur: ut ap. *Athen.* IX. p 383 E. Prae

terea et ἀλλᾶντες fervidi et in frusta secti edendi apponebantur. Pherecrates ap. *Polluc.* VI, 58. — cf. *Athen.* V p. 268. F.„ Arnald. Equidem alterum sensum praetulerim; emendatio tamen haud opus; ψύχειν enim hic est πνεῖν, *spirare, spiritum ducere* cf. *Hesych.* Priori versu usus est et *Plotius De metris* p. 2644. Spondeum in sede quinta, ubi eum poni vetat *Terentianus De metr.* p. 2437, saepiuscule habemus; v. ad Fr. XIV. Plotius (v. Fr. CXIII.) hosce versus duplices claudos vocat. Priorem versum Callimacho tribuit *Bentlejus* l. c. *Suidas* enim ex *Schol. Aristoph. Nub.* 233 ait: Οὐ γὰρ ἀλλά· — ἀντὶ τοῦ, ἀλλὰ καὶ γάρ. Ἀττικῶς· ὡς Καλλίμαχος· Ἀκούσαθ' Ἱππώνακτος. οὐ γὰρ ἀλλ' ἥκω, ἀντὶ τοῦ, καὶ γὰρ ἥκω. Excerpta et confusa haec videntur. Callimachus qua grammaticus de particulis οὐ γὰρ ἀλλά disseruerit et Hipponactem in partes vocaverit. Huic χρῆσιν illam tribuit et Kusterus, in qua nec sensus ullus inest, nisi Hipponax ipse loquatur.

XXXV.

Harpocrat. V. Μάλθη· Ὁ μεμαλαγμένος κηρός. Δημοσθένης ἐν τῷ κατὰ Στεφάνου. Ἱππῶναξ·

Ἔπειτα μάλθῃ τὴν τρόπιν παραχρίσας.

XXXVI.

Suid. V. Χαραδριός· Ὄρνεον, εἰς ὃν ἀποβλέψαντες οἱ ἰκτεριῶντες ῥᾷον ἀπαλλάττονται. ὅθεν καὶ κρύπτουσιν αὐτοὺς οἱ πιπράσκοντες, ἵνα μὴ προῖκα ὠφελῶνται οἱ κάμνοντες.

Καὶ μὶν καλύπτει. μῶν χαραδριὸν περνᾶς;

οὕτως Ἱππῶναξ. (Hucusque hoc scholion, et quidem his verbis in fronte auctum: Χαραδριός, ὄρνις τις, ὃς ἅμα τῷ ἐσθίειν ἐκκρίνει, legitur etiam inter *Schol. Plat.* p. 121 Ruhnk. unde recepi μίν in Hipponactis v pro μήν.) καὶ παροιμία ἐντεῦθεν· Χαραδριὸν μιμούμενος, ἐπὶ τῶν ἀποκρυπτομένων. οὕτως Εὐφρόνιος.

Utitur hoc proverbio, quod et ab *Apostolio* XII, 58 enarratur, praeter Platonem, *Aristoph. Av.* 266, ubi Schol. rem plane ut Suidas explicat, Hipponactem autem non citat.

XXXVII.

Etymol. M. V. Ἐρωδιός. Duas hujus vocis etymologias doctas quidem, sed insulsas profert Etymologus, alias duas satis probabiles, quarum altera est: Παρὰ τὸ ἕλος ἑλωδιός καὶ ἐρωδιός· φιληδεῖ γὰρ τοῖς ἑλώδεσι τόποις, sive ἑλοίδιος, καὶ ἐκτάσει τοῦ ō εἰς ω̄, ἑλωδιός. Altera debetur Herodiano, cujus haec sunt verba: Ὅτι ὥσπερ ἀπὸ τοῦ ἁρμόζω γίνεται ἁρμόδιος, τὸν αὐτὸν τρόπον καὶ ἀπὸ τοῦ ῥοίζου (lego ῥοιζῶ) γίνεται ῥοίδιος· καὶ πλεονασμῷ τοῦ ε̄, καὶ ἐκτάσει τοῦ ō εἰς ω̄, ἐρωδιός· καὶ μένει τὸ ῑ προσγεγραμμένον. — λέγεται καὶ ῥωδιός παρὰ Ἱππώνακτι·

Κνεφαῖος ἐλθὼν ῥωδιῷ κατηυλίσθην.

καὶ ὡς μὲν πρὸς τὴν συνήθειαν, ἔστιν ἀφαίρεσις· ὡς δὲ πρὸς τὸν σχηματισμὸν, ἐντελές.

XXXVIII.

Ibid. V. Ἐμβιβάξαντες· Παρὰ Ἱππώνακτι·

Ἀλλ' αὐτίκ' ἀλλήλοισιν ἐμβιβάξαντες.

ἀντὶ τοῦ ἐμβοήσαντες. ἀπὸ τοῦ βάζω, βάξω, βιβάξω, βιβάξας, βιβάξαντος, καὶ ἐμβιβάξαντες.

Versus est etiam apud *Zonaram* p, 706.

XXXIX.

Ibid. V. Κρίκε ad *Iliad.* XVI, 470. — καὶ ῥηματικὸν ὄνομα κριγή, ὡς παρὰ Ἱππώνακτι·

Κριγὴ δὲ νεκρῶν ἄγγελός τε καὶ κῆρυξ.

Ab Herodiano servatus videtur hic versus, cujus σχηματισμὸν verbi κρίζω subjungit Etymologus. *Zonaras,* qui p. 1258 illa descripsit, praeterea p. 1254 glossam habet, apud *Suidam* etiam et *Schol. Aristoph. Av.* 1520 obviam: Κριγή· Ὁ γινόμενος τοῖς ὀδοῦσι τῶν ἀποθνησκόντων τρισμός.

XL.

Ibid. V. Ὀμιχεῖν· Σημαίνει τὸ οὐρεῖν· (*Hesiod. O. et D.* 727.) παρὰ τὸ ὁμοῦ ῥεῖν καὶ χεῖν τὴν ἀμίδα, οἷον ἀμιδαχεῖν· καὶ κατὰ συγκοπὴν καὶ τροπὴν τοῦ α εἰς ο, ὀμιχεῖν. ἔστι δὲ καὶ

βαρύτονον ῥῆμα, οἷον ὀμίχω, ὁ μέλλων, ὀμίξω, ὡς παρὰ Ἱππώνακτι. οἷον·

Ὤμιξεν αἷμα, καὶ χολὴν ἐτίλησεν.

In brevius haec contraxit *Zonaras* p. 1451.

XLI.

Jul. Poll. VI, 19. Καὶ σίφωνα μέν, ὅτῳ ἐγεύοντο, (vinum sc.) Ἱππώναξ εἴρηκε·

Σίφωνι λεπτῷ τοὐπίθημα τέτρηνας.

σιφωνίζειν δὲ Ἀριστοφάνης. (*Thesmoph.* 564.)

Τοὐπίθεμα pro τὸ ἐπίθεμα voluerat *Salmasius.* Equidem in hoc consuetudini seriorum poetarum et nostrae adversari nolo, quamvis persuasum sit, diversam in his non pronuntiandi quidem, sed scribendi rationem fuisse veterum, a qua et alibi recessi, ut Fr. LIX κεὐχ scribendo pro καὶ εὐχ, Fr. LVII κἀμαθουσίων pro καὶ Ἀμαθουσίων, ut Fr. LXVI est καὶ ὁ. Ἐπίθημα ut scriberem, numeri ratio flagitabat.

XLII.

Id. Ibid. 75. Ἐκ δὲ τούτων καὶ ἡ χώνη, — καὶ ὁ τρύγοιπος, καὶ ὁ σάκκος ἐπὶ τοῦ τρυγοίπου εἰρημένος, καὶ ὁ ὑλιστήρ. Ἱππώναξ δέ φησιν·

Στάζουσιν ὥσπερ ἐς τροπήϊον σάκκος.

Hemsterh. vertit: *Stillant, sicuti saccus colatorius in torculari.* Ceterum lectores ad prolixas ejusdem aliorumque ad hunc l. annotationes remitto. *Toup. Opusc. crit.* T. II p. 100 (*Emend.* in *Suid.* et *Hesych.* T. II p. 554 emendat: εἰς σάκος ῥωπήϊον, *vas* sive *textum vimineum,* quod nunc de colo, nunc de scuto usurpatur. *Hesych.* Σάκος αἴγειον. De scypho cum colo suo superimposito lectorem ablegat ad *Chishull. Inscr. Sigeensem* et Pherecratem apud *Athen.* XI p. 480. Quod autem jambos puros et hic et apud Schol. Lycophr. 855 (Fr. IX) v. *Emend.* T. IV p. 243, et apud Schol. Nicandr. (Fr. LXV) extundit, mirus in tali viro error est.

XLIII.

Id. Ibid. 86. Καὶ λεκίδα δὲ Ἐπίχαρμος εἴρηκεν — ἐν δὲ τοῖς Δημιοπράτοις λέκος εὑρίσκομεν, [καὶ] Ἱππώνακτος εἰπόντος·

Κἄλειφα ῥοδινὸν ἡδὺ καὶ λέκος πυροῦ.

De hoc etiam loco uberrime disputat *Hemsterh.*

XLIV.

Jo. Tzetz Histor. Chil. V, 23. v. 726.

Ὁ φαρμακός, τὸ κάθαρμα, τοιοῦτον ἦν τὸ πάλαι,
ἂν συμφορὰ κατέλαβε πόλιν θεομηνίᾳ,
εἴτ' οὖν λιμός, εἴτε λοιμός, εἴτε καὶ βλάβος ἄλλο,
τῶν πάντων ἀμορφότερον ἦγον ὡς πρὸς θυσίαν,

εἰς καθαρμὸν καὶ Φάρμακον πόλεως τῆς νοσούσης,
εἰς τόπον δὲ τὸν πρόσΦορον στήσαντες τῇ θυσίᾳ,
τυρόν τε δόντες τῇ χειρὶ καὶ μάζαν καὶ ἰσχάδας,
ἑπτάκις γὰρ ῥαπίσαντες ἐκεῖνον εἰς τὸ πέος,
σκίλλαις, συκαῖς ἀγρίαις τε καὶ ἄλλοις τῶν ἀγρίων,
τέλος πυρὶ κατέκαιον ἐν ξύλοις τοῖς ἀγρίοις,
καὶ τὸν σποδὸν εἰς θάλασσαν ἔῤῥαινον εἰς ἀνέμους,
εἰς καθαρμὸν τῆς πόλεως, ὡς ἔΦην, τῆς νοσούσης.
ὡς καὶ ΛυκόΦρων μέμνηται πού περὶ τῶν Λοκρίδων,
ὧδέ πως λέγων, ἀκριβῶς τὸν στίχον οὐ γινώσκω· (1153)

Ὅτ' ἂν ἀκάρποις γυῖα συμΦλέξας κλάδοις,
Ἥφαιστος εἰς θάλασσαν ἐκβρώσῃ (leg. ἐκβράσῃ) σποδόν,
τῆς ἐκ λόΦων Τράρωνος ἐΦθιτωμένης.

Ὁ δὲ Ἱππῶναξ ἄριστα σύμπαν τὸ ἔθος λέγει·

Πόλιν καθαίρειν καὶ κράδῃσι βάλλεσθαι.

Καὶ ἀλλαχοῦ δέ που Φησί, πρώτῳ ἰάμβῳ γράΦων·

Βάλλοντες ἐν χειμῶνι καὶ ῥαπίζοντες,
κράδῃσι καὶ σκίλλῃσιν, ὥσπερ Φαρμακόν.

Καὶ πάλιν ἄλλοις τόποις δὲ ταῦτα Φησὶ κατ' ἔπος·

Δεῖ δ' αὐτὸν ἐς Φαρμακὸν ἐκποιήσασθαι,
κἀΦῇ παρέξειν ἰσχάδας τε καὶ μάζαν,
καὶ τυρόν, οἷον ἐσθίουσι Φαρμακοί.
πάλαι γὰρ αὐτοὺς προσδέχονται χάσκοντες,
κράδας ἔχοντας, ὡς ἔχουσι Φαρμακοῖς.

Καὶ ἀλλαχοῦ δέ πού φησιν ἐν τῷ αὐτῷ ἰάμβῳ·

Λιμῷ γένηται ξηρόν, ἐν δὲ τῷ θυμῷ
ὁ φαρμακὸς ἀχθεὶς ἑπτάκις ῥαπισθείη.

Quaedam in his aliis emendanda et explananda relinquo, ut v. 9 et κάφη v. 5, Καφῆ scriptum in Ed. Basil. ex qua adjungam versionem Latinam:

Urbem purgare et ficubus caedi. —
Petentes in hieme, atque alapis caedentes,
ramis atque scillis, tanquam pharmacum. —
Oportet ipsum in pharmacum effingere,
Caphen exhibere ficus atque offam,
et caseum qualem comedunt pharmaci.
Jampridem enim ipsos accipiunt, attendentes,
ramos habentes, ut habent pharmacis. —
Ex fame fiet aridus, in animo:
pharmacus tristis effectus (ductus) septies palmis vapulaverit.

Th. Reinesius, *Var. Lectt.* I, 20 affert v. 2 et 3. monens, Hipponactem de ritu loqui obtinente in lustratione Athenarum, quae quotannis die sexta et septima mensis Θαργηλιῶνος fiebat. (v. Fr. XXI.) Tum pergit: „*Dalecampius* vero, not. ad *Plin.* l. XX (non XII) c. 9, quod ex hisce probare voluit, solitos veteres fuisse scilla arcere veneficia et expiare noxios, falsus est et deceptus

depravata vel a se ipso conficta lectione ὥστε φαρμάκοις. — — Verus sensus e ritu, quo in pharmacos ad ignem extra urbem deducendos cum νόμῳ κραδίῃ peculiari cum cantione, (v. Fr. LXIX) scillarum bulbos, vel contemtus et ludibrii gratia, vel quod eas καθαρμοῖς solerent usurpare, conjiciebant, desumendus." *Theocr.* VII, 107 pueri Arcades Panem scillis caedunt.

XLIV *.

Id. Chil. X, 378.

Περὶ [μὲν] τῶν Μιλησίων ἔφαν πολλοὶ ἐρίων·
περὶ ἐρίων Κοραξῶν ἐν πρώτῳ δὲ ἰάμβῳ
Ἱππῶναξ οὕτως εἴρηκε, μέτρῳ χώλων ἰάμβων·

Κοραξικὸν μὲν ἠμφιεσμένη λῶπος.

τοὺς Κοραξοὺς δὲ καὶ Σινδοὺς ἔθνη τυγχάνειν νόει.

XLV.

Schol. ad *Apoll. Rhod.* IV, 321. Καὶ Ἱππῶναξ δὲ μνημονεύει (τῶν Σίνδων.)

— Πρὸς τὸ Σινδικὸν διάσφαγμα.

Omissa haec sunt in Cod. Parisino. Cf. *Ruhnk.* ad Tim. Lex. V. Διάσφαγμα.

XLVI.

Athen. VII. p. 324 A. Ἱππώνακτος δ' ἐν τοῖς Ἰάμβοις εἰπόντος·

— Σηπίης ὑπόσφαγμα

οἱ ἐξηγησάμενοι ἀπέδωκαν, τὸ τῆς σηπίας μέλαν. ἔστι δὲ τὸ ὑπόσφαγμα, ὡς Ἐρασίστρατός φησιν ἐν Ὀψαρτυτικῷ, ὑπότριμμα κ. τ. λ.

XLVII.

Athen. Epit. II p. 49 E Κοκκύμηλα οὖν ἐστι ταῦτα· ὧν ἄλλοι τε μέμνηνται, καὶ Ἱππῶναξ·

Στέφανον εἶχον κοκκυμήλων καὶ μίνθης.

„Hipponactis versus quodnam ad genus pertineat mihi incompertum. Est unus pes tribrachys, tum quatuor spondei cum dimidio. Quatuor spondeos dico: nam syllaba κυ in κοκκύμηλον, licet in Alexidis sequentibus versibus bis brevis usurpetur, tamen et longa esse poterit, quia ex κόκκυγος μῆλον contractum vocabulum: κόκκυγος autem penultimam longam habet, ut paulo post ex Nicandri versu apparet.„ SCHWEIGHAEUS. *Jacobs.* in *Avimadv.* in *Athen.* p. 43 scazontem esse statuit sic emendandum: Στέφανον ἀνεῖχον κ. τ. λ. Similiter *Gaisfordius:* Καὶ στέφανον εἶχον cet. Fuisse potest et trochaicus tetrameter dipodia posteriore ab Epitomatore jugulata.

XLVIII.

Eustath. in *Od.* XIV p. 1752, 12. Τῶν συῶν οἱ μὲν τέλειοι καὶ ἐνόρχαι, κάπροι· οἱ δὲ πίονες αὐτῶν, σίαλοι· ἡ δὲ θήλεια, σῦς μόνον· Ἱππῶναξ δὲ γρόμφιν λέγει εἴτε καθόλου πᾶσαν ὗν δηλῶν, εἴτε τὴν παλαιὰν τῇ ἡλικίᾳ. *Phot. Lex.* p. 293 V. Πασπάλη· Τὸ τυχόν· οἱ δὲ κέγχρον· οἱ δὲ τὰ κέγχρινα ἄλευρα. Ἱππῶναξ·

Πάσπαλιν φαγεῖν γρόμφιν.

Φαγεῖν ex conjectura mea, pro φαγών. Suid. Hesych. Zonar. Γρόμφις· Ἡ Παλαιὰ σκρόφα.

XLIX.

Etym. M. V. Βόλιτον· Βόλβιτον δὲ Ἴωνες· οἵτε (Zonar. οἱ δὲ. Leg. οἵ τε) ἄλλοι καὶ Ἱππῶναξ. οἷον·

Βολβίτου κασιγνήτην.

εἶτα·

Νὴ τὸν Ποσειδῶ καὶ βολίτινον θἄτερον.

κατὰ παραγωγήν. εἴρηται δὲ οἱονεὶ βοὸς λιτόν, (num a λίω, λιάζω?) τὸ ἁμάρτημα (mirum est neminem in hoc mendo offendisse, in quo consentiunt libri infra citandi. Leg. enim ἀποπάτημα) τὸ κοπρῶδες· καὶ πλεονασμῷ τοῦ β̄, ὡς φέρω, φέρβω, βόλβιτον.

Excerpsit haec *Zonaras* p. 401 (ubi Cod. A. habet κασιγνήτου, et in textu est καὶ βολίτιον κατὰ παραγωγήν, omisso Aristophanico versu, quod rectius, quia βολίτινον

adjectivum huc non pertinet) et *Phavorinus*. Alterum versum male accipi a Sylburgio docuit *Koen.* ad *Gregor. Cor.* p. 134. Est enim *Aristophanis Ran.* 297. Antatticista in *Beckeri Anecd. Gr.* T. I p. 86. Βόλβιτον· Ἱππῶναξ. Gregorius et Suidas docent, ſimum βόλιτον ab Atticis dici, a ceteris vero βόλβιτον. *Phrynichus* contra p. 156 Pauw. Βόλβιτον inquit ὀλίγοι τινὲς λέγουσι τῶν Ἀττικῶν· ἀλλὰ τοῦτον δοκιμώτερον τὸ βόλιτον ἄνευ τοῦ δευτέρου. β. *Festus* habet *imbulbicare.* Hipponactem denotare voluisse mulierem prostratissimae pudicitiae et famae, observavit *Tittmannus.*

L.

Ald. Hort. Adon. p. 268 B. Οἱ δὲ Ἴωνες αὐτὴν (accusativum femin. in ω) εἰς ουν ἐποίουν, Σαπφοῦν καὶ Λητοῦν, ὡς δηλοῦσιν αἱ χρήσεις. Φησὶ γὰρ ὁ Ἡρωδιανὸς ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ (*Creuzerus* in Praef. ad *Plotini l. de pulchr.* p. LXXXII optime supplet: Φησὶ γὰρ ὁ Ἡρωδιανός Ἡρόδοτος ἐν τῇ πρώτῃ ἱστορίᾳ — sc. I, 1) οὕτως· τὴν Ἰναχοῦν. ἀπὸ [δὲ] τῆς εὐθείας τῆς Ἰναχώ γεγονέναι. καὶ πάλιν ἀπὸ τῆς εὐθείας τῆς (inserit *ibidem* vir eruditissimus) ἐν τῇ δευτέρᾳ, sc. Cap. 59. 63. 67, ἐς Βουτοῦν πόλιν, sc. φησὶν Ἡρόδοτος.) ὁμοίως καὶ παρ' Ἱππώνακτι·

Πῶς παρὰ Κυψοῦν ἦλθε.

Vir doctus Creuzero laudatus Hipponactea emendaturus πῶς παρα Κυψοῦν ἦλθε, vel, ut suspecto isto, vel potius incognito, nomine liberemur, πῶς παρὰ Καλυψοῦν ἦλθε legendum proponit.

LI.

Athen. IX p. 375 A. Καὶ Ἱππῶναξ δὲ ἔφη

Ὡς Ἐφεσίη δέλφαξ.

Forsan:

ὡς . . . Ἐφεσίη δέλφαξ.

TRIMETRI JAMBICI PURI.

LII.

Stob. Serm. LXXI p. 428 (430) Gesn. LXXIII. p. 297 Grot (ψόγος γυναικῶν. ἔτι καὶ περὶ γάμου.)

Γάμος κράτιστός ἐστιν ἀνδρὶ σώφρονι
τρόπον γυναικὸς χρηστὸν ἔνδον λαμβάνειν.
αὕτη γὰρ ἡ προὶξ οἰκίαν σώζει μόνη.
ὅστις δὲ τρυφῶς τὴν γυναῖκ' ἄγει λαβών,
